De Sancto Pelagio de Ulveira[9]. Petrus Petri abbas, Gomecius[10] Michaelis, Pelagius Pelagii, Petrus Pelagii, Martinus Petri, Johannes Petri, Petrus Filio, Johannes Petri, Johannes Martiniz, Andre Pelagii, Martinus Laurenzo, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Sancto Andrea. Martinus Monacus abbas, Petrus Martiniz, Petrus Oliver, Johannes Martiniz, Don Arias, Don Salvador, Martinus Soariz, jurati dixerunt quod non sunt ibi plures, et quod habet ibi dominus Rex quosdam Regalengos, et dant inde illi terciam panis; et omnes qui ibi laborant dant singulos capones cum x. x. ovis. Et est ibi aliud Regalengum in monte, et habet dominus Rex illum per medium cum hereditatoribus, et dant inde illi quartam panis; et omnes qui ibi laborant dant singulos medios frangaos Regi. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Jacobo de Figueiroo. Menendus Petri abbas, Gunsalvus Michaelis, Petrus Veegas, Martinus Johannis, Martinus Gunsalvi, Pelagius Gunsalvi, Petrus Maurus, Martinus Petriz, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

1 *Eulalia.*
2 **C.** absconditum.
3 **C.** Tautosa.
4 **C.** illud.
5 **B.** *traz só um jurado d'este nome.*
6 *Fregim?*
7 **B.** *omitte os tres ultimos jurados.*
8 **C.** Sausilvinus.
9 *Oliveira.*
10 **C.** Gunsalvus.

De Terra de Sancta Maria de Geestazo

De Sancto Salvatore de Loifrei[1]. Petrus Filius presbiter, Pelagius Pelagiz, Petrus Filius, Menendus Petri, Johannes Veegas, Johannes Menendiz, Gomecius Menendiz, Gunsalvus Martiniz, Johannes Pelagii, Gunsalvus Johannis, Gunsalvus Garcie, jurati dixerunt quod habet dominus Rex in Mouri[2] suos Regalengos, et dant inde illi terciam. Et nichil est ibi negatum.

De Sancta Maria de Gundar[3]. Johannes Petri capellanus, Petrus Petri, Martinus Gunsalviz, Gunsalvus Menendiz, Abbade, Petrus Petri, Gunsalvus Nuniz, Don Lupus, Fernandus Roderiz, Dominicus Gomez, jurati dixerunt quod Rex non[4] habet ibi Regalengum.

De Sancto Stephano de Villa Plana. Laurencius Veegas abbas, Pelagius Gomez, Petrus Gomez, Martinus Petri, Garcia Pelagiz, Petrus Rial, Menendus Veegas, Menendus Petri, Garcia Pelagiz, Martinus Veegas, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Sancto Isidoro de Sanchi. Gunsalvus Petri capellanus, Pelagius Albus, Gunsalvus Roderiz, Gomecius Petri, Johannes Nuniz, Fernandus Sueriz, Menendus Johannis, Menendus Gomez, Petrus Martiniz, Egas Fernandiz, Pelagius Petri, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex campos regalengos, et dant inde terciam; et dat illos Maiordomus cui vult pro sua offrecione ad laborandum. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Christophano de Candemir[5]. Gunsalvus Martiniz abbas, Johannes Garcie, Arrizado, Petrus Johannis, Fernandus Johannis, Gunsalvus Petri, Menendus Petri, Petrus Petri, Martinus Gomez, Gunsalvus Johannis, Johannes Martiniz, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex Regalengos, et dant inde illi quartam; et dat illos Maiordomus cui vult pro sua offrecione. In Revelaes habet alium Regalengum, et dant inde illi j. taligam panis per taligam veteram, et iiij. frangaos, et xx. ova. In Nuam habet alium Regalengum, et dant inde j. taligam panis, et j. gallinam. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Johanne de Varzea. Petrus Gomez abbas, Gunsalvus Martiniz presbiter, Judex Martinus Petri, Petrus Johannis, Pelagius Martiniz, Petrus Veegas, Don Michael, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex quosdam Regalengos in heremita de Sancto Vincentio, et dant inde quartam, et ij. frangaos, xx. ova. Et in Moreira habet alium Regalengum, et dant inde illi quintam. Et nichil est ibi negatum.

De Sancta Maria de Abovedela. Suerius Garcie abbas, Petrus Dominici, Egas Sueriz, Michael Gunsalvi, Gunsalvus Veegas, Martinus Roderici, Petrus Ordoniz, Petrus Gunsalvi, Laurencius Petri, jurati dixerunt quod habet dominus Rex quendam Regalengum de Murigan, et non vocant ibi suum Maiordomum ergo[6] quando volunt, nec[7] dant inde illi nisi quod volunt. Habet eciam alium Regalengum in Pedra Veiga, et dant inde illi terciam; et dat illum Maiordomus cui vult pro sua offrecione. Habet eciam in Varzea alium Regalengum, unde dant ei terciam, et in locis quintam; et ipsi qui dant terciam dant j. gallinam, et x. ova, iiij. denarios.

De Sancto Mamete de Bustelo. Menendus Menendiz abbas, Monio Gunsalvi[8], Pelagius Petri, Petrus Gunsalvi, Fernandus Gunsalvi, Martinus Pelagii, Gunsalvus Menendiz, Michael Petri, Menendus Fruitoso, Martinus Dominici, Martinus Johannis, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex iij. casalia de veteri, et dant inde illi ij. quartarios panis per taligam veteram, et iiij. frangaos, et iiij. denarios. Et in villa de Travanca habet dominus Rex unum sautum, et dant inde ei j. quartarium per taligam veteram, et ij. frangaos. Et in villa suprascripta de Bustelo habet Caramaros iij. casalia, et de Regalengo quem laborant dant inde ij. taligas et almude de pane per taligam veteram; et pro directura iiij. cubitos de bracali, ij. frangaos, et xx. ova. Et nichil est ibi negatum.

De heremita de Sancto Andrea de Padornelo. Don Duram capellanus, Johannes Martiniz, Johannes Pelagiz, Johannes Pequeno, Martinus Petri, Pelagius Petri, Menendus Pelagii, Johannes Gomez, Gunsalvus Pelagiz, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex quosdam Regalengos, unde dant illi vj. quartarios panis per quairam de Amaranti. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Martino de Carneiro. Petrus Pelagii abbas, Johannes Johannis, Martinus Johannis, Pelagius Menendiz, Petrus Gunsalvi, Martinus Petri, Petrus Johannis, Johannis Zapateiro[9], Dominicus Martiniz, Johannes Menendiz, Monio Moniz, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex xxiij. casalia, et sunt inde iiij.^or^ herema. Et est ibi talis consuetudo quod illa que sunt herema quod dant inde quintam in ratione, et de aliis xviiij. casalia que sunt populata dant vj. vj. quartarios de pane pro jugada, sive habeant sive non; et pro directuris singulas taligas tritici et singulas de centeo, et singulos sesteiros pro carne, et singulos almudes de cevada[10], et singulos moolios[11] de lino. Et domna Sancia Petri, filia de domno Petro Pelagii[12], filiavit multum de termino de ista villa, et modo sui filii similiter faciunt, et dant illum ad suas hereditates ingenuas.

De Sancto Jacobo de Paos. Fernam Petri de Gatom abbas, Gunsalvus Johannis, Johannes Menendiz, Petrus Veegas, Petrus Nuniz, Martinus Petri, Go-

1 *Lufrei.*
2 **C.** Moiri.
3 *Gondar.*
4 **C.** nullum.
5 *Candomil.*
6 **C.** nisi.
7 **A.** e **B.** non.
8 **C.** Garcie.
9 **C.** Capateiro.
10 **A.** e **B.** cebada.
11 **A.** maolios.—**B.** maiolos.
12 **A.** Pai.—**C.** Paiz.

Digitized by Google

mecius Veegas[1], jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Sancta Columba de Penagoiam[2]. Martinus Johannis capellanus, Johannes Petri, Fernam Michaelis, Gunsalvus Johannis, Johannes Garcie, Arias Martiniz, Pelagius Veegas[3], Petrus Pelagiz, Martinus Pelagiz, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Terra de Vermui

De Sancta Maria de Vermui. Suerius Menendiz abbas, Petrus Pelagiz, Suerius Gunsalviz, Petrus Gunsalviz, Don Menendus, Pelagius Martiniz, Martinus Sueriz, Martinus Pelagiz, Don Simeon[4], jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi vij. casalia, et dant terciam panis et quartam vini, et de monte quartam; et pro directuris vij. bracales, vij. spatulas de viiij.[5] costibus et sine pede, et vij. denarios, xiiij. capones cum v. v. ovis, et leitigas si eas habuerint, pro collecta pro Sancto Martino iij. solidos et medium, et vij. cabritos, et qui habuerit vj. oves debet dare cordeiro pro cabrito, et vij. fogacias. Et habet ibi unam vessadam, et dant[6] terciam. Et tenet Magister P. totum istud. Et Petrus Fernandiz de Sandi tenet ibi campos regalengos, et plantavit ibi vineam, et nichil dat[7] inde. Et est ibi una vinea parva, et dant inde terciam, et tenet illam Castellum.—Interrogati si erat ibi magis[8] absconsum, dixerunt: non.

De Sancto Pelagio de Laias. Suerius Arias abbas, Suerius Menendiz, Petrus Gunsalviz, Gomecius[9], Petrus Petri, Duram, Martinus Pelagiz, jurati dixerunt quod non habet ibi Regalengum.

De Sancto Martino de Valle. Petrus Maurus abbas, Petrus Petri, Rodericus Michaelis, Petrus Silvestri, Don Duram, Petrus Arie, Petrus Martiniz, Petrus Sueriz, Martinus Petri, Suerius Petri, jurati dixerunt quod habet ibi j. casale regalengum, et dant inde terciam panis, vini et lini; et de directura j. bracale, j. capom, et x. ova. Et de quibusdam campis qui ibi sunt dant mediam partem.—Interrogati si erat aliquod absconsum, dixerunt: non.

De Sancta Maria de Airam[10] de Laias. Suerius Arie[11] abbas, Suerius Michaelis, Martinus Petri, Pelaio, Johannes Vermuiz, Laurencius[12], jurati dixerunt quod non habet ibi Regalengum.

De Sancto Salvatore de Roviaes[13]. Menendus Ferreiro abbas, Menendus Gunsalviz, Pelagius Ooriz, Menendus Petri, Don Vicente, Fernandus Martiniz, Martinus Petri, Menendus Menendiz, Don Laurenzo, jurati dixerunt quod non babet ibi Regalengum.

De Sancto Jacobo de Gaviam[14]. Abbas fugiit propter inimiciciam. Suerius Pelagiz, Suerius Baralia, Ooiro Bonus, Petrus Ooriz, Petrus Menendiz, Petrus Silvestri, Suerius Aldram, Petrus Nuniz, Don Michael, Petrus Menendiz, Petrus Cardade, Martinus Sueriz, Petrus Bacori[15], jurati dixerunt quod Rex habet ibi quandam leiram in Cavianzino, unde dant j. almude de pane. Et in Rial alium Regalengum, unde dant terciam, et j. capom, x. ova.

De Sancto Jacobo de Mooquim. Pelagius[16] Monacus presbiter, Pelagius Cravo, Pelagius Menendiz, Martinus Sancii, Suerius Roderici, Martinus Petri, Gunsalvus Gunsalviz, Pelagius Dominici, Menendus Sueriz, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex campos regalengos. Et similiter sunt ibi campi regalengi de uno paredenario heremo, et dant de totis ipsis campis terciam domino Regi.—Interrogati si erat ibi aliquod absconsum[17], dixerunt: non.

De Sancto Jacobo de Forca. Johannes Petri abbas, Pelagius Sueriz, Petrus Petri, Vincencius, Gunsalvus Petri, Pelagius Lupus, Petrus Tardaz, Petrus Pelagiz, Petrus Johannis, Petrus Menendiz, Dominicus Gavio[18], Johannes Petri, Petrus Ooriz, Petrus Carrom, Martinus Gunsalviz, Pelagius Varzea[19], Suerius[20] Petri, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex campos regalengos, et dant[21] terciam. Et de vinea de cima de Cornido, que est regalenga, dant terciam; et de alia vinea parva similiter.—Interrogati si erat aliquod absconsum, dixerunt: non.

De Sancta Maria de Portela[22]. Johannes Petri abbas, Gunsalvus Petri, Johannes Petri, Martinus Pelagii, Martinus Garcie, Petrus Calvo, Petrus Petri, Gunsalvus Petri, Petrus[23] Johannis, Petrus[24] Johannis, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi unum sautum in Saa, et alter in Fegoal, et alter in Rovial cum suis campis, et levat inde dominus Rex medietatem de castaneis et terciam panis; et de directura j. capom cum x. ovis, et j. frangao cum v. ovis. Et in Savaelos[25] unum campum, et dant inde quartam. Et istud Regalengum tenet Castellum de Vermui.—Interrogati si erat aliquod absconsum, dixerunt: non.

De Sancto Martino de Avidos. Johannes Petri abbas, Petrus Petri, Petrus Pelagiz, Gunsalvus Diaz, Petrus Vicente, Gunsalvus Sueriz, Petrus Gunsalviz, Petrus Pelagiz, Menendus Diaz, Didacus, Gunsalvus Petriz, Stephanus, Petrus Gunsalviz[26], Gunsalvus Menendiz, jurati dixerunt quod non habet ibi Regalengum.

1 **C.** Gunsalvus Egee.
2 **B.** Pena Goiam.—**C.** Pena Guiam.
3 **C.** Egee.
4 **C.** Simon.
5 **B.** de ix. ix.
6 **C.** vesadam et dant inde.
7 **C.** dant.
8 **C.** aliquod.
9 **C.** Gunsalvus.
10 **A.** e **B.** Ariam.
11 **C.** Arias.
12 **C.** *em logar dos quatro ultimos jurados, traz:* Martinus Laurencii.
13 **C.** Ruvaes *(Ruivães)*.
14 **A.** e **B.** Caviam.
15 **A.** e **B.** Bacoro.
16 **C.** Petrus.
17 **B.** negatum.
18 **C.** Gaviam.
19 **A.** e **B.** Vaenza.
20 **C.** Martinus.
21 **C.** dant inde.
22 *Em* **A.** *está pospontada esta palavra e substituida por* Telhado.
23 e 24 **C.** Pelagius.
25 **C.** Savoelos.
26 **C.** *faz d'este nome e do anterior um só:* Stephanus Petri.—**B.** *omitte cinco jurados, de certo por salto na copia.*

Digitized by Google

De Sancto Salvatore de Lameni[1]. Domnus Pelagius abbas, Suerius Vermuiz, Don Silvester, Menendus Petri, Gunsalvus Vermuiz, Dominicus Petri[2], Johannes Martiniz, Menendus Sueriz, Petrus Vermuiz, Johannes Pelagiz, Johannes Gunsalvi, jurati dixerunt quod quantum ibi habet est totum regalengum, et sunt xij. casalia, et dant[3] terciam panis de villa et de monte quartam, et de vino quartam, et de lino stivam. Et habet ibi alii campi qui non sunt casalia, et faciunt similiter. Et dant pro directura de ipsis casalibus per mensuram Vimaranensem singulas taligas centeas[4] cum singulis denariis, et ij. ij. frangaos, et ij. ij. capones, et x. x. ova, et singulos bracales, et singulas spatulas sine pede cum singulis denariis, et si non habuerint spatulam dabunt ij. ij. capones pro spatula, et singulos cabritos si capram habuerint, et si habuerint iij. oves dabunt cordeiro pro cabrito, et lecticam si porcam habuerint. Et istud tenent Menendus Pelagii et Valascus Martiniz.

De Sancto Andrea de Pradaoso. Est Archiepiscopus abbas et non reliquit ibi clericum. Pelagius Diaz, Maurus, Menendus Sueriz[5], Petrus Gunsalviz, Petrus Gunsalviz, Petrus Falagueiro, Petrus Caparosa[6], Andre, Petrus Silvestri, Pedreiros, Menendus Pelagiz, jurati dixerunt quod quantum ibi est totum est regalengum, et sunt xiij. casalia et est unum heremum, et habent tale forum de ratione quomodo ista casalia suprascripta de Lemeni, ergo[7] quod non dant stivam de lino sed terciam; et dant tales directuras, ergo[8] de casali heremo et de cazali de Servizaria[9] quod non dant directuras. Et magister Pelagius tenet de isto medietatem et domnus M. Petriz aliam medietatem, et non debent illam tenere quia quando domnus M. Fernandiz tenebat terram de Vermui dedit castellum ad Menendum Alfonsi, et dedit illi pro prestimonio medietatem de ista villa. Et quando obiit domnus M. Fernandiz dederunt castellum domno M. Petri et filiavit tunc ipsam medietatem de villa v. modios de alia medietate.

De Monasterio de Lagoa. Benedictus Menendiz abbas[10], Menendus Menendiz, Menendus Gunsalviz, Pelagius Navarra, Dominicus, Pelagius Caridi[11], Johannes Garcie, Petrilinus, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi campos, unde dant illi terciam, et de directura j. frangao, x. ova. Interrogati si aliquid era ibi negatum, dixerunt: non.

De Sancto Christophori[12] de Cabezudos. Don Francus abbas, Suerius Petri, Pelagius Martiniz, Gunsalvus Diaz, Garcia Martiniz, Martinus Sueriz, Pelagius Martiniz, Gunsalvus Gunsalviz, Martinus Petri, Petrus Palmeira, Johannes Garcie, jurati dixerunt quod non habet ibi Regalengum.

De Sancto Jacobo de Outiz. Johannes Petri abbas, Suerius Sueriz, Suerius Pelagiz, Johannes Pelagiz, Menendus Sueriz, Didacus Martiniz, Don Salvado, Petrus Roderiz, Johannes Vermuiz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi suas entradas, et dant inde ei terciam panis.

De Sancto Petro dEsmeriz. Menendus Monacus abbas, Brandom, Suerius Petri, Gunsalvus Gunsalviz, Petrus Sueriz, Gunsalvus Froiaz, Suerius Sueriz, Don Laurenzo, Petrus Pequeno, Menendus Petri, Pelagius Petri, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex campos, et dat illos Maiordomus cui vult ad laborandum pro sua offrecione, et dant de illis terciam; et pro directuris de ipsis campis v. capones, l. ova.—Interrogati si erat aliquod ibi negatum, dixerunt: non.

De Sancto Juliano. Menendus Petri abbas, Johannes Gunsalviz, Johannes Pelagiz, Vincentius Sueriz, Johannes Petri, Martinus Petri, Dominicus Sueriz, Johannes Ordoniz, Johannes Pelagiz, Pelagius Sueriz, jurati dixerunt quod sunt ibi campi regalengi, et tenet illos Maiordomus suus, et dant inde terciam. Et in Costoioos alios campos et faciunt de illis similiter.—Interrogati si erat ibi aliquod negatum, dixerunt: non.

De Sancto Michaele de Costoias[13]. Menendus Abbade abbas, Menendus Petri, Petrus Pequeno, Pelagius Maurus, Gunsalvus Gunsalviz, Petrilio[14], Pelagius Cedreiro, Pelagius Sueriz, Johannnio, Dominicus Gunsalviz, Didacus Menendiz, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex campos et vineas regalengas, et dant inde terciam panis et vini et lini, et in quibusdam locis dant medium de milio; et sunt ibi novem homines herdadores qui laborant istos Regalengos et dant inde pro directuris[15] iij. iij. cubitos de bracali[16] et singulos capones cum x. x. ova.—Interrogati si erat aliquod negatum ibi, dixerunt: non.

De Sancto Salvatore de Vilarino. Martinus Abbade abbas, Johannes Diaz, Johannes Gunsalviz, Suerius Diaz, Menendus Johannis, Dominicus Gunsalviz, Suerius Gunsalviz, Petrus Johannis, Petrus Sueriz, jurati dixerunt quod in Casaelo habet Rex unam leiram, et tenet illam Petrus Pelagiz de Gemondi ex tempore domini Regis Sancii, et dixit quod ipse dominus Rex Sancius dedit ei illam, tamen non monstrat inde cartam. Et dixerunt isti jurati quod in suo tempore non viderant ibi entrare Maiordomus pro voce nec calumpnia, tamen habetur ibi cautum[17].

De Sancto Jacobo de Castelaos, Garcia Menendiz abbas, Dominicus Petri, Petrus Petri, Martinus Petri, Petrus Sueriz[18], Menendus Sueriz, Petrus Gunsalviz, Martinus Petriz, Castano, Martinus Pelagiz, Pe-

1 **C.** Lemoni *(Lemenhe)*.
2 **B.** *saltou este nome e os tres seguintes.*
3 **C.** dant inde.
4 **C.** de centeo.
5 **C.** *faz d'este e do anterior um só jurado:* Maurus Menendiz.
6 **C.** capa rosa.
7 e 8 **C.** nisi.
9 **C.** et de casas de servizaia.
10 **C.** prelatus.
11 **B.** Cardidi.
12 **A.** *e* **B.** Christovão.
13 **C.** Costoios.
14 **C.** Petrelino.
15 **A.** *e* **B.** dant pro directuris inde.
16 **C.** cubitos pani.
17 **C.** captum.
18 **C.** Saa.

Digitized by Google

trus Menendiz, Martinus Gunsalvi, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex campos, et dant inde ei terciam panis; et de directura j. franganum, v. ova. Et habet ibi alium campum in Porto d Oleiros, et dant inde ei terciam panis; et de directura j. capom, x. ova.—Interrogati si erat ibi aliquod negatum, dixerunt: non.

De Sancto Michaele de Monte. Suerius Pelagiz abbas, Pelagius Veegas, Suerius Petri, Johannes Menendiz, Pelagius Pelagiz, Petrus Gunsalviz, Petrus Roderiz, Martinus Sueriz, Gunsalvus Menendiz, Petrus Sueriz, jurati dixerunt quod habet[1] dominus Rex in Perrelos[2] j. campum, et dant inde ei terciam panis; et de directura j. frangao x. ova. Et habet alios campos in Carrazedo, et dant inde ei aliud tantum, et de meitiga viij.[3] denarios.—Interrogati si erat aliquod negatum ibi, dixerunt: non.

De Sancto Salvatore de Azoes[4]. Laurentius Menendiz abbas, Petrus Diaz, Petrus Michaelis, Petrus Menendiz, Petrus Martiniz, Petrus Filius, Johannes Pelagiz, Martinus Pelagiz, Silvester, Petrilio[5], Petrus Amicus, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex campos, et dant inde ei terciam panis et vini.—Interrogati si erat ibi aliquod negatum, dixerunt: non.

De Sancto Mamete de Rio Veiram[6]. Michael Menendiz abbas, Johannes Sueriz, Paiol, Pelagius[7] Johannis, Suerius Pelagiz[8], Vincencius Garcie, Veiro Pelagiz, Suerius Sueriz, Andreas Petri, Petrus Petri, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex xv. casalia, et dant de illis terciam panis et quartam vini; et pro directuris singulos bracales, et singulas taligas de segunda per quaira pro fugaciis, et ij. ij. capones cum x. x. ovis, singulas spatulas cum singulis denariis, et qui habuerit ex tribus oveliis ad sursum dabit cordeirum, sin autem dabit cabritum, et qui habuerit porcam dabit lectonem, et singulos frangaos[9] de lino, et pro collecta vj. vj. denarios pro toto anno.—Interrogati si erat aliquod negatum, dixerunt: non.

De Joani[10]. Petrus Martiniz abbas, Gunsalvus Veegas, Petrus Veegas, Odorius, Johannes Menendiz, Johannio, Suerio, Martinus Petri, Menendus Petri, Pelaio, Martinus Pelagiz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi campos regalengos, et dant inde illi terciam; et pro directuris x. capones et c. ova. Et habet ibi dominus Rex. iij. molendinos regalengos, et dant inde illi viij. bracales. Et habet in Villa Bona alios campos, et dant inde Regi terciam, et de regado medietatem de milio; et pro directura xx. capones, cc. ova.—Interrogati si erat aliquod negatum, dixerunt: non.

De Santa Vaia[11] de Arnoso. Petrus Gunsalviz abbas, Petrus Pelagiz, Johannes Menendiz, Johannes Pelagiz, Suerius Petriz, Petrus Petriz, Suerius Pelagiz, Fernandus Menendiz, Dominicus Pelagiz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi campos, et dant inde illi terciam. Et habitant in Outeiro duo homines, qui laborant istos Regalengos, et dant pro directuris j. porco, ij. spatulas, et ij. cordeiros in uno anno, et in alio ij. cabritos et singulas gallinas. Et Menendino dat pro alio Regalengo quod laborat pro directura quintam de uno bragali et spatulam et cordeiro in uno anno, et in altero cabrito et j. gallinam; et de Regalengo quod laborat dat inde terciam. Et in casali de Petro Sueriz de Octeiro habet dominus Rex unam leiram, et dant inde illi terciam. Et in Barreiros alia leira, et dant inde terciam. Et babet ibi dominus Rex alios campos divisatos, et dant inde illi terciam, et in quibusdam locis medium.—Interrogati si erat ibi aliquod negatum, dixerunt: non. Et istud tenet Didacus Veegas.

De Sancto Johanne de Aram. Petrus Johannis abbas, Petrus Boo, Petrus Martiniz, Petrus Diaz, Petrus Ooriz, Suerius Petri, Pelagius Petri, jurati dixerunt quod non sunt ibi plures parrochiani, nec habet ibi dominus Rex Regalengum.

De Sancto Salvatore de Elaes[12]. Petrus Monacus abbas, Martinus Petri, Odorius, Petrus Sueriz, Pelagius Sueriz, Petrus Sueriz, Don Dominicus, Petrarius[13], Petrus Pelagiz, Suerius Petri, Pelagius Gunsalviz, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex Regalengum, et dedit illud ad Odorium Suerii pro chantare pertalem forum quod dent inde de carraria ad sursum terciam, et de carraria ad jusum[14] quartam; et de directura v. capones, l. ova.—Interrogati si erat aliquod negatum, dixerunt: non.

De Sancta Logricia[15]. Petrus Petri capellanus, Gunsalvus Martiniz, Pelagius Sueriz[16], Silvester Menendiz, Martinus Nuniz, Dominicus Petri, Gunsalvus Sancii, Menendus Sueriz, Suerius Menendiz, Petrus Pelagiz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi quasdam leiras, et dat illas Maiordomus ad laborandum pro sua offrecione, et dant inde terciam panis et vini.—Interrogati si erat ibi aliquod negatum, dixerunt: non.

De Sancto Andrea[17] de Sobrado. Petrus Gunsalviz abbas, Gunsalvus Sueriz, Suerius Pelagiz, Pelagius Veegas, Petrus Maurus, Egas Sueriz, Pelagius Menendiz, Suerius Menendiz, jurati dixerunt quod non sunt ibi plures[18], nec dominus Rex habet ibi Regalengum.

De Sancto Verissimo[19]. Martinus Sueriz abbas, Suerius Pelagiz, Duram, Suerius Menendiz, Gunsalvus Pelagiz, Martinus Pelagiz, Johannes Sueriz, Johannes

1 C. habet ibi.
2 C. Porrelos.
3 C. viiij.
4 A. e B. de Zaoes.
5 C. Petrelino.
6 *Ribeirão?*
7 C. Petrus.
8 C. *tem mais:* Petrus Pelagiz.
9 *Alias:* fusales.
10 C. Jaani *(Salvador de Joanne)*.
11 C. Ovaia *(Eulalia)*.
12 *Delães*.
13 C. Petrelinus.
14 A. *e* B. juso.
15 C. Lugricia *(Lucrecia)*.
16 C. Gunsalviz.
17 C. Andre.
18 A. *e* B. plus.
19 C. Vereiximo.

Digitized by Google

Pelagiz, Gunsalvus Petri, Pelagius Sueriz, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex quoddam Regalengum[1] parvum, unde dant Regi j. alqueire.—Interrogati si erat ibi aliquod negatum, dixerunt: non.

De Sancto Michaele de Carreira[2]. Petrus Johannis abbas, Dominicus Alvitiz, Roma Menendiz, Petrus Pelagiz, Gunsalvus Sueriz, Johannes Pelagiz, Gunsalvus Petriz, Petrus Sueriz[3], Petrus Johannis, Petrus Menendiz, Petrus Ooriz, jurati dixerunt quod non est ibi Regalengum.

De Sancto Petro de Barrio de Novaes[4]. Don Feo abbas, Petrus Pequeno, Suerius Ooriz, Maurus, Petrus Maurus, Suerius Menendiz, Calvus, Gunsalvus Petri, Gunsalvus Pelagiz, jurati dixerunt quod non habet ibi dominus Rex Regalengum.

De Sancto Laurencio de Inter Ambas Aves. Petrus Gunsalviz abbas, Suerius Garcie, Pelagius Maurus, Johannes Petri, Johannes Petriz, Gunsalvus Menendiz, jurati dixerunt quod non erant ibi plures, et quod non habebat Rex ibi Regalengum.

De Sancto Johanne de Calvos. Egas Pelagiz abbas, Menendus Roderiz, Johannes Menendiz, Gunsalvus Pelagiz, Egas Petriz, Garcia Menendiz, Johannes Petri, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Felice de Ermofaes[5]. Petrus Menendiz abbas, Fernandus Petri, Fernandus Petri[6], Gunsalvus Saamiriz, Petrus Johannis, Pelagius Petri clericus, Monteiro, Silvester, Johannes Roderiz, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex viij. casalia, et dant terciam panis et vini; et pro directuris singulos bracales.—Interrogati si erat aliquod negatum ibi, dixerunt: non.

De Sancto Martino de Berufi[7]. Menendus Sueriz abbas, Johannes Pelagiz, Dominicus, Menendus Martiniz, Menendus Vermuiz, Johannes Johannis, Petrus Menendiz, Martinus Gunsalviz, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex quoddam Regalengum heremum, et dant inde illi terciam panis et lini, et medietatem vini; et pro directuris viij. capoes et lxxx. ova.—Interrogati si erat ibi aliquod negatum, dixerunt: non.

De Sancta Maria de Abbade. Suerius Sueriz abbas, Petrus Menendiz, Petrus Martiniz, Petrus Vermuiz, Martinus Sueriz, Petrus Petriz, Johannes Roderiz, Gunsalvus Arias, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex quoddam[8] Regalengum, et dant inde illi terciam panis et lini, et medium vini; et pro directuris iiij. capoes, xl. ova, iij. frangaos.—Interrogati si erat aliquod negatum ibi, dixerunt: non.

De Sancto Simeone de Novaes. Gunsalvus Vermuiz, Petrus Petri, Menendus Gunsalviz, Suerius Martiniz, Gunsalvus Menendiz, Dominicus, Menendus Menendiz, Petrus Gunsalviz, Fernandus Menendiz, Joanio, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex Regalengum, et dant inde terciam partem[9].—Interrogati si erat aliquod negatum ibi, dixerunt: non.

De Sancta Maria de Villa Nova. Martinus Pelagiz abbas, Oruino, Petrus Diaz, Martinus Petri, Petrus Sueriz, Didacus Ordoniz, Petrus Sueriz, Martinus Petri, Petrus Pelagiz, Gunsalvus Ooriz, jurati dixerunt quod habet ibi dominus[10] Rex xl. casalia, et dant inde illi terciam panis et vini; et pro directura singulos bracales.—Interrogati si erat aliquod negatum, dixerunt: non.

De Sancto Michaele de Gemundi. Gunsalvus Sueriz, Pelagius Sueriz, Menendus Diaz, Johannes Menendiz, Martinus Diaz, Suerius Petri, Menendus Petri, Petrus Ramiriz, Petrus Eriz, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex vj. leiras, et dant inde terciam.—Interrogati si erat aliquod ibi negatum, dixerunt: non.

De Sancta Marina de Lausado[11]. Martinus Menendiz clericus, Petrus Petri, Don Dominicus, Petrus Sueriz, Dominicus Petri, Martinus Sueriz, Dominicus Pelagiz, Suerius Garcie, Gunsalvus Petri, Vincencius Garcie, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Monasterio de Requiam. Prior, Menendus Menendiz, Menendus Martiniz, Dominicus, Pelagius Sueriz, Petrus Ooriz, Johannes Petriz, Petrus Petri, Laurencio, Suerius Pelagiz, Pelagius Gunsalviz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Cosmado. Petrus Pelagiz abbas, Pexom, Suerius Pelagiz, Odorius Pelagiz, Petrus Sueriz, Dominicus, Johannes Johannis, Johannes Pelagiz, Petrus Petriz, Gunsalvus Martiniz, Silvester, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex campos et vocant illos Saa, et dat illos Maiordomus ad laborandum cui vult pro sua offrecione, et dant inde terciam panis et vini.—Interrogati si erat aliquod negatum ibi, dixerunt: non.

De Sancto Jacobo de Antis. Petrus Menendiz abbas, Johannes Petri, Petrus Gunsalviz[12], Pelagius Ooriz, Suerius Petri, Martinus Johannis, Petrus Petri, Gunsalvus Ooriz, Gunsalvus Eiriguiz, Johannes Franco, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi quasdam entradas, unde dant illi terciam.—Interrogati si erat aliquod negatum ibi, dixerunt: non.

De Sancto Bartholomeo de Inter Ambas Aves. Menendus Pelagiz abbas, Bartholomeus, Odorius Pelagiz, Suerius Menendiz, Laurentius Petri, Silvester, Pelagius, Fernandus Petri[13], Fernandus Gunsalvi, Monio, Gunsalvus Pelagii, Pelagius Gunsalvi, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Sancto Petro de Inter Ambas Aves. Petrus Petri abbas, Pelagius Petri, Petrus Menendiz, Me-

1 **B.** quosdam Regalengos.
2 **C.** Carria.
3 **C.** Saa.
4 **A.** *e* **B.** Riovaes.
5 **A.** *e* **B.** Emofaes *(Almofães?)*
6 **B.** *não repete este nome.*
7 **C.** Burufi *(Brufe).*
8 **C.** aliquod.
9 **C.** dant inde ei terciam porcione fructus.
10 **A.** *e* **B.** habet dominus.
11 **B.** Lousado.
12 **C.** *em logar d'este jurado, traz:* Gu. Petriz.
13 **C.** Silvester, Pelagius Ferrarius, Petrus Fernandiz.

Digitized by Google

nendus Menendiz, Petrus Petri, Suerius Petri, Suerius Sueriz, Menendus Variz[1], Gunsalvus Johannis, Petrus Petri, alter Petrus Petri, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Sancto Petro de Monte. Martinus Menendiz prelatus, Durandus Petriz, Suerius Menendiz, Suerius Venegas, Silvester, Petrus Johannis, Petrelinus, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Ecclesia de Cerzedelo[2]. Pelagius[3] Petri capellanus, Martinus Menendiz clericus, Petrus Pelagiz, Michael Johannis, Pelagius Vaizena, Pelagius Sueriz, Fernandus Menendiz, Pelagius Petri, Dominicus, jurati dixerunt quod Rex non[4] habet ibi Regalengum.

De Sancta Maria de Gradizela. Pelagius Calandrus abbas, Suerius Arias, Petrus Petriz, Fernandus Gunsalvi, Petrus Pelagiz, Gunsalvus Sueriz, Petrus Sculeito, Egas Petriz, Gunsalvus Menendiz, Pelagius Eriz, jurati dixerunt quod dominus Rex non[5] habet ibi Regalengum.

De Sancto Salvatore de Ganderela. Martinus Venegas abbas, Johannes Petriz, alter Johannes Petriz, Peainus[6], Gunsalvinus, Petrus Sueriz, Menendus Petriz, Gunsalvus Menendiz, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Jacobo de Laordelo. Fernandus Petriz abbas, Petrus Menendiz, Souri[7], Soeirote, Pedrelon, Egas Pelagiz, Egas Petriz, Gunsalvus Petriz, Don Rodericus, Petrus Menendiz, Don Odorius, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Michaele de Inter Ambas Aves. Suerius Gunsalviz abbas, Gunsalvinus, Martinus Sueriz, Menendus Sueriz, Pelagius Sueriz, Petrus Sueriz, Petrus Gunsalvi, Petrus Venegas, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Jacobo de Carreira. Petrus Filius abbas, Petrus Malus, Martinus Petriz, Suerius Menendiz, Dominicus, Petrus[8] Sueriz, Petrus Petri, Martinus Gunsalvi, Pelagius Malus, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi v. casalia, et dant inde terciam panis et vini; et pro directuris v. bracalia. In Sagadi habet quandam vineam unde dant terciam vini, et pro directuris j. capom, x. ova.

De Sancto Michaele de Ceide[9]. Johannes Menendiz abbas, Menendus Pelagiz, Egas Petri, Petrus Petri, Petrus[10] Mallio, Suerius Petri, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum[11].

De Sancto Martino de Cavaloes. Obiit abbas. Menendus Mauro, Martinus Pelagii, Menendus Pelagii, Pelaio, Johannes Diaz, Pelagius Ooriz, Gunsalvus Petri, jurati dixerunt quod[12] habet ibi Rex campos regalengos, et dant de illis terciam et eiradiga; et solebat dare illos Prestamarius cui volebat ad laborandum pro sua offrecione, et modo tenent illos homines de Petro Pelagiz de Gemundi, quia quando ille tenebat illos in prestimonio dedit eis illos, et ex tunc non dedit illos Prestamarius, sed quamvis non perdit inde Rex rationem, sed perdit inde Prestamarius offrecionem.

De Sancta Leocadia de Fradelos. Suerius Menendi abbas, Diago Gunsalvi, Johannes Menendiz, Johannes Sueriz, Johannes Arias, Martinus Vermuiz, Petrus Vermuiz, Pelagius Touro[13], Petrus Pelagii, Pelagius Martiniz, jurati dixerunt quod habet dominus Rex in medietate[14] de Paredes Ruivas x. casalia que sunt in collatione istius ecclesie, et dant inde terciam, et de arrupto quartam, et de vino quartam, et eiradiga; et de directuris singulos bracales, singulas spatulas cum singulis denariis, singulos cordeiros, ij. ij. capones cum x. ovis, et singulas taligas de centeo pro fugaciis, et singulos frangaos de eira. Est eciam ibi aliud casale, et non est talis quomodo unum aliorum, et de quanto laborant in illo dant sicut de aliis; et de ditectura j. bracale, j. capom, x. ova. Et in Fradelos habet ij. casalia herema, et dant de suis campis terciam; sed sunt ibi quidam campi de quibus dabant terciam, et Petrus Pelagiz de Gemundi quando tenebat ibi prestimonium dedit illos ad quartam: et de istis casalibus non dant directuras ideo quod sunt herema. Et non est ibi plus.

De Sancto Martino de Pausada. Prior de Ulveira, Martinus Pelagii, Pelagius Nandim, Petrus Menendi, Petrus Pelagii, Suerius Petri, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex quosdam Regalengos, et dant inde terciam panis et medium de vino; et omnes qui ibi laborant dant singulos capoes cum x. x. ova. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Salvatore de Beciti de Cauto de Nandim. Don Michael prior de Nandim, Gunsalvus Pelagiz, Martinus Petri, Gunsalvus Petri, Menendus Petri, Petrus Gunsalvi, Petrus Menendiz, Menendus Menendiz, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Monasterio de Nandim. Don Michael prior de Nandim, Petrus Gunsalvi, Pelagius Petri, Menendus Pelagii, Martinus Petri, Fernandus Petri, Pelagius Gunsalvi, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Sancto Martino de Sequeiroo de Cauto de Nandim. Petrus Pelagii abbas, Gunsalvio, Petrus Mauro, alter Petrus Mauro, Petrus Petri, Suerius Gunsalvi, Petrus Silvestri, Suerius Calvo, jurati dixerunt quod in Armofaes extra cautum habet Rex Regalen-

1 **C.** Araiz.
2 **C.** Cerzedo.
3 **C.** Petrus.
4 e 5 **C.** nullum.
6 **C.** Pelagius.
7 **C.** Sauri.
8 **C.** Pelagius.
9 **A.** *e* **B.** Conde.
10 **C.** Pelagius.
11 **C.** forum.
12 **C.** *em vez do que se segue, no texto, transcreve por inadvertencia o depoimento relativo a* Foros e Dadivas, *que se encontra no logar respectivo da segunda parte d'este trabalho.*
13 **C.** Tauro.
14 **C.** Rex medietatem.

Digitized by Google

gum devassum, et dant inde octavam. Et habet ibi dominus Rex octavam de una pesqueira. Et nichil est ibi negatum.

De Sancta Marina de Cauto de Nandim. Don Michael prior de Nandim, Egas Vermuiz, Petrus Silvestri, Suerius Eriz, Gunsalvus Petri, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Sancto Michaele de Nandim, leigal de Cauto de Nandim. Don Michael prior, Menendus Petri, Don Arias, Garcia Petri, Johannes Dominici, Gunsalvus Veegas, Petrus Petri, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Sancto Pelagio de Ceide. Menendus Gunsalvi abbas, Dominicus Petri, Petrus Arias, Martinus Gunsalvi, Dominicus Johannis[1], Egas Sueriz, Suerius Petri, Menendus Sobrio, Petrelino, Menendus Vermuiz, jurati dixerunt quod Rex habet ibi quosdam Regalengos, et dant inde illi terciam panis et medium vini. Et est ibi una leira regalenga, de qua solebant dare Regi terciam panis, et modo habet illam Monasterium de Requiam, et nichil dant inde.

De Monasterio de Ulveira. Petrus Eriz prior, Don Ramiro, Petrus Rial, Suerius Pelagiz, Pelagius Menendiz, Petrus Petri, Petrus Silvestri, Suerius Petri, Martinus Luz, Pelagius Gunsalvi, Martinus Rial, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Sancto Petro de Podami[2]. Menendus Menendiz abbas, Martinus Gunsalvi, Suerius Sueriz[3], Pelagius Petri, Domnus Vincentius[4], Domnus Paulus[5], Suerius Menendiz, Menendus Petri, Petrus Reimondi[6], jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Sancto Ariam de Laias[7]. Suerius Arie abbas, Suerius Michaelis, Martinus Petri, Petrelinus, Johannes Vermudi, Laurencius, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

De Termino de Cauto de Bracara

De Sancta Lugricia. Petrus Martiniz abbas, Johannes Petriz, Gunsalvus Gunsalviz, Lupus, Martinus Pelagiz, Monius Petri, Petrus Martini, Suerius Godiniz, Petrus Nuniz, Don Silvester, Johannes Nuniz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum[8], quia est cautum Bracarensis ecclesie.

De Sancto Johanne de Nogeira[9]. Petrus Gunsalvi abbas, Petrus Franco, Petrus Petri, Petrus Menendiz, Petrus Petriz, Pelagius Pelagiz, Pelagius Gunsalvi, Pelagius Pelagiz, Domnus Facundus, Petrus Johannis, Pelagius Pelagiz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancta Maria de Lamazaes. Petrus Sueriz abbas, Gunsalvus Sueriz, Menendus Godiniz, Petrus Pelagiz; alter Petrus Pelagiz, Petrus Johannis, Martinus Johannis, Petrus Pelagiz[10], Suerius Petri, Martinus Menendiz, Domnus Nunus, Menendus Petriz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancta Maria de Trandeiras. Domnus Dominicus abbas, Fernandus Pelagiz, Dominicus Johannis, Johannes Petriz, Johannes Sueriz, Pelagius Pelagiz, Gomecius Petriz, Petrus Petriz, Johannes Petriz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Vincencio de Penso. Petrus Dominici abbas, Martinus Petriz, Menendus Gunsalviz, Petrus Petriz, Pelagius Pelagiz, Petrus Martiniz, Petrus Roderiz, Petrus Johannis, Johannes Petriz, Gunsalvus Petriz, Menendus Sueriz, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Michaele de Galtar. Domnus Dominicus abbas, Johannes Nuniz, Nunus Menendiz, Suerius Sueriz, Johannes Nuniz, Domnus Lupus, Petrus Petri, Michael Gunsalvi, Godinus Nuniz, Petrus Guterriz, Petrus Petriz, jurati dixerunt quod Rex non[11] habet ibi Regalengum.

De Sancta Maria de Palmeira. Martinus Ordoniz abbas, Martinus Pelagiz, Johannes Petriz, Petrus Pelagiz, Serotinus, Vermulus Vermuiz, Suerius Petriz, Menendus Menendiz, Pelagius Bretam, Pelagius[12] Johannis, Egas Pelagiz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Martino de Dumio. Pelagius Durus abbas, Menendus Menendiz, Petrus Martiniz, Suerius Pelagiz, Domnus Godinus, Pelagius Menendiz, Johannes Nuniz, Gunsalvus Gunsalvi, Johannes Pelagiz, Johannes Johannis[13], Pelagius[14] Nuniz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancta Maria de Ferrariis. Domnus Monius abbas, Michael Petriz, Johannes Johannis, Petrus Johannis, Menendus Petri, Johannes Gunsalviz, Petrus Fernandiz, Suerius Sueriz, Petrus Petriz, Menendus Gomiz, Domnus Durandus, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancta Ovaia de Tellonis. Johannes Petriz abbas, Petrus Martiniz, Pelagius Menendiz, Menendus Vermuiz, Petrus Roderiz, Johannes Nuniz[15], Petrus Petriz, Johannes Menendiz, Pelagius Menendiz, Johannes Petriz, Petrus Godiniz, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Romano de Dadim. Johannes Petriz abbas, Petrus Johannis, Petrus Menendiz, Petrus Johannis, Menendus Johannis, Pelagius Petriz, Pelagius

1 **C.** Don Johanne.
2 **C.** Podome *(Pedome)*.
3 **C.** *não menciona este jurado.*
4 e 5 **A.** *e* **B.** Don Vicente, Don Paulo.
6 **A.** *e* **B.** Reimondo.
7 **C.** *omitte esta freguezia. Na serie dos* Padroados *(quarta divisão d'estas Inquirições) lê-se:* De Sancta Maria de Ariam de Laias.
8 **C.** *termina aqui.*
9 **A.** *e* **B.** Nogeara *(Nogueira)*.
10 **B.** Sueriz — **C.** *tem mais:* Sueiro Pelagiz.
11 **A.** *e* **B.** quod non.
12 **C.** Petrus.
13 **C.** *accrescenta:* Petrus Pelagiz.
14 **C.** Petrus.
15 **C.** Martiniz.

Digitized by Google

Pelagiz, Petrus Menendiz, Petrus Johannis, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Mamete de Este. Johannes Petriz abbas, Lupus Pelagiz, Martinus Petriz, Johannes Fromarigiz, Pelagius Petriz, Menendus Savariguiz, Johannes Pelagiz, Martinus Martiniz, Pelagius Menendiz, Pelagius Godiniz[1], Menendus Petriz, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Salvatore de Trandeiras. Johannes Johannis abbas, Gunsalvus Sueriz, Pelagius Sueriz, Petrus Sueriz, Petrus[2] Pelagiz, Petrus Sueriz, Pelagius Martiniz, Pelagius Sueriz, Pelagius Petri, jurati dixerunt quod Rex non [3]habet ibi Regalengum.

De Sancto Petro de Este. Martinus Simoiz abbas, Menendus Pelagiz, Petrus Godiniz[4], Petrus Petriz, Monius Pelagiz, Johannes Pelagiz, Petrus Pelagiz, Petrus Petri, Pelagius Pelagii, Menendus Pelagii, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancta Eolalia de Crespos. Johannes Nuniz, Pelagius Pelagiz, Johannes Nuniz, Duram Pelagiz, Johannes Petriz, Menendus Nuniz, Suerius Pelagiz, Johannes Nuniz, Menendus[5] Menendiz, Petrus Petri, Michael Nuniz, Simeon, Monius Osoriz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Fructoso[6]. Johannes Menendiz capellanus, Martinus Menendiz, Menendus Petriz, Petrus Gunsalvi, Petrus Menendiz, Johannes Menendiz, Martinus Menendiz, Petrus Pelagiz, Johannes Nuniz[7], Gunsalvus Nuniz, Petrus Martiniz, Domnus Stephanus, jurati dixerunt quod Rex[8] non habet ibi Regalengum.

De Sancto Petro de Merlim. Johannes Petriz abbas, Dominicus Petriz, Pelagius Guterriz, Martinus Pelagiz, Johannes Petriz, Johannes Petriz, Johannes Petriz, Petrus Petriz, Johannes Petriz, Petrus Johannis, Menendus Pelagiz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Andre de Gundisalvi. Johannes Laurencii abbas, Pelagius Johannis, Johannes Petriz, Petrus Petriz, Pelagius Gomiz, Martinus Petriz, Martinus Johannis,jurati dixerunt quod Rex non[9] habet ibi Regalengum.

De Sancto Laurencio de Navarra. Johannes Petriz, Menendus Johannis, Menendus Martiniz, Johannes Pelagiz, alter Johannes Pelagiz, Domnus Stephanus, Pelagius Pelagiz, Johannes Petriz, Pelagius Petriz, Laurencius Martiniz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Johanne de Semeli[10]. Domnus Rolam capellanus, Gomecius Petriz, Gomecius Pelagiz[11], Domnus Laurencius, Petrus Petriz, Pelagius Pelagiz, Pelagius Gunsalvi, Maurus, Gunsalvus Gunsalvi, Domnus Julianus, Petrus de Bracara, jurati dixerunt quod dominus Rex nullum[12] habet ibi Regalengum.

De Sancto Simeone de Este. Petrus Menendiz abbas, Pelagius Menendiz, Petrus Petriz, Rodericus Pelagiz, Menendus Menendiz, Johannes Menendiz, Menendus Petriz, Petrus Gunsalvi, Menendus Vermuiz, Petrus Petriz, Pelagius Petriz, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

De Sancto Pelagio de Pousada. Martinus Godiniz abbas, Petrus Ovequiz, Monius, Martinus Menendiz, Ovequo Luz, Menendus Menendiz, Martinus Petriz, Martinus Menendiz, Martinus Gunsalvi, Vincencius Michaelis, Johannes Menendiz[13], jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Michaele de Forozos. Michael Menendiz abbas, Johannes Guterriz, Johannes Petriz, Pelagius Fernandiz, Nicholaus, Pelagius Laurencii, Pelagius Godiniz, Gunsalvus Nuniz, Gunsalvus Pelagiz, Dominicus Pelagiz, Petrus Maurus, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Christovao de Asperonis. Domnus Salvatus abbas, Pelagius Sueriz, Petrelinus, Johannes Petriz, Martinus Johannis, Petrus Pequeno, Dominicus Petriz, alter Dominicus Petriz, Pelagius Gunsalvi, Dominicus Menendiz, Johannes Guterriz, Dominicus Pelagiz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Stephano de Penso. Martinus Petriz abbas, Martinus Petriz[14], Petrus Petriz, Menendus Gunsalvi, Laurencius Nuniz, Suerius Vermuiz, Johannes Sueriz, Petrus Pelagiz[15], Michael Pelagiz, Stephanus Pelagiz, Pelagius Pelagiz, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Andre de Valle. Petrus Menendiz abbas, Pelagius Petriz, Martinus Petriz, Johannio, Petrus Maurus, Martinus Pelagii, Lupus Martiniz, Johannes Pelagiz, Martinus Menendiz, Petrus Gaindiz, Petrus Menendiz, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Petro de Meximinis[16]. Stephanus Sueriz abbas[17], Petrus Johannis, Monius Moniz, Martinus Moniz, Johannes Petriz, Johannes Menendiz, Petrus Petriz, Pelagius Petriz, Johannes Pelagiz, Menendus Menendiz, Johannes Johannis, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Jacobo de Lamazaes. Johannes Pelagiz abbas, Gunsalvus Menendiz, Johannes Sueriz, Garcia Petriz, Monius, Vincencius Petriz, Petrus Silvestri, Pelagius Menendiz, Johannes Martiniz, Suerius Pe-

1 **A.** Goderiz.—**B.** Godiiz.
2 **C.** Pelagius.
3 **B.** nullum.
4 **A.** *e* **B.** Conderiz.
5 **C.** Petrus.
6 **B.** Fructuoso.
7 **C.** Moniz.
8 **A.** *e* **B.** quod non.
9 **B.** nullum.
10 **C.** Semilhe *(Semelhe)*.
11 **C.** *omitte este jurado.*
12 **A.** quod dominus nullum.—**C.** quod Rex nullum.
13 **C.** *altera a ordem dos nomes, e traz a mais:* Gunsalvus Menendiz.
14 **C.** *não menciona este jurado.*
15 **C.** *accrescenta* · Lupus Martiniz.
16 **A.** *e* **B.** Meximinos *(Maximinos)*.
17 **C.** *traz em seguida:* Gunsalvus Menendi, *que não vem nas outras copias.*

Digitized by Google

lagiz, Laurencius Menendiz, jurati dixerunt quod dominus Rex non[1] habet ibi Regalengum.

De Sancto Petro de Scutariis. Suerius Petriz, Pelagius Roderici, Michael Vermuiz, Martinus Petriz, Gunsalvus Pelagiz, Petrus Amicus, Pelagius Pelagiz, Silvester, Pelagius Gunsalvi, Menendus Petriz, Petrus[2] Roderici, Johannes Menendiz, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Michaele de Villa Cova. Domnus Silvester abbas, Petrus Vermuiz, Suerius Nuniz, Silvester, Suerius Fernandiz, Bonus Homo, Suerius Petriz, Johannes Nuniz, Suerius Petriz, Menendus Sueriz, Silvester Laurencii, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

De Monasterio de Loomar. Domnus Dominicus abbas, Menendus Sueriz, Petrus Petriz, Petrelinus, Johannes Petriz, Suerius Menendiz, Petrus Menendiz, Petrus Pelagiz, Suerius Pelagiz, Martinus Pelagiz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Adriano de Cauto de Tiviaes[3]. Petrus Monacus abbas, Petrus Alfonsi, Petrus Gunsalvi, Petrus Silvestri, Johannes Alfonsi, Johannes Petriz, Johannes Johannis, Martinus Johannis, Martinus Petri[4], Petrus Johannis, Johannes Petriz, Petrus Martiniz, jurati dixerunt quod Rex non[5] habet ibi Regalengum.

De Sancto Pelagio de Parada de Cauto de Tiviaes. Johannes Johannis abbas, Pelagius Martiniz, Pelagius Soprinus[6], Martinus[7] Pelagiz, Johannes Pelagiz, Godinus, Petrus Martiniz, Johannes Petriz, Martinus Petriz, Martinus Pelagiz, Laurencius Pelagiz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancta Maria de Cauto de Tiviaes. Pelagius Menendiz abbas, Menendus Albus, Petrus Gunsalvi, Menendus Petriz, Johannes Petriz, Petrus Pelagiz, Gunsalvus Pelagiz, Stephanus Petri, Johannes Petriz, Dominicus Petriz, Gunsalvus Pelagiz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Salvatore de Cauto de Tiviaes. Martinus Pelagiz abbas, Pelagius Dominici, Vincencius Dominici, Johannes Pelagiz, Johannes Pelagiz, Martinus Petriz, Laurencius Johannis, Pelagius Pelagiz, Pelagius Petriz, Dominicus Pelagiz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Monasterio de Tiviaes. Abbas, Petrus Monacus presbiter, Martinus Pelagiz, Martinus Pelagiz, Pasqual, Martinus Martiniz, Dominicus, jurati dixerunt quod Rex non[8] habet ibi Regalengum.

De Sancta Maria de Cauto de Tiviaes. Johannes Pelagiz abbas, Pelagius Nuniz, Pelagius Rei, Martinus Laurencii, Johannes Petriz, Stephanus, Pelagius Petriz, Pelagius Calvus, Thome, Martinus Nuniz, Pelagius Pelagiz, jurati dixerunt quod Rex non[9] habet ibi Regalengum.

De Sancto Pelagio de Merlin de Cauto de Tiviaes. Pelagius Pelagiz abbas, Petrus Pelagiz, Petrus Martiniz, Johannes Johannis, Martinus Affonso, Pelagius Martiniz, Nunus Grossim, Silvester, Pelagius[10] Silvestri, Petrus Menendiz, Petrus Thome, jurati dixerunt quod Rex non[11] habet ibi Regalengum.

De Sancto Vituiro. Johannes Sueriz presbiter, Pelagius Pelagiz, Dominicus Vermuiz, Pelagius Sueriz[12], Johannes Petriz, Dominicus, Johannes Petriz, Pelagius Suleiro, Petrus Sueriz[13], Suerius Serotinus[14], Dominicus Paleiro, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Martino de Spino. Suerius Diaz abbas, Johannes Diaz, Menendus Johannis, Menendus Petriz, Petrus Diaz, Pelagius Sueriz, Martinus Martiniz, Petrus Petriz, Petrus Pelagii, Martinus Nuñiz, Domnus Luzo[15], jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Monasterio de Adaufi. Martinus Nuniz clericus, Johannes Diaz, Petrus Petri, Petrus Menendi, Dominicus Martiniz, Sueiro Sueriz, Petrus Martiniz[16], Petrus Alvitiz[17], Poncius[18], jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Refoios de Monte Corduba[19]

De Monasterio de Rooriz. Martinus Pelagii frater, Gunsalvus Pelagii, Martinus Pelagii, Egas Pelagii, Petrus Gunsalvi, Pelagius Venegas, Martinus Pelagii, Aiudoiro[20], Pelagius Pelagii[21], Petrus Pelagii, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum, quia est cautum de Rooriz.

De Monasterio de Villarino. Menendus Menendiz frater, Martinus Garcie, Gunsalvus Petriz, Menendus Pelagii[22], Dominicus Sueriz, Pelagius Ribeira, Dominicus Johannis, Petrus Pelagii, Johannes Petri, Petrus Diaz, Dominicus Laurencii, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

De Sancto Martino de Campo. Domnus Capellanus abbas, Menendus Gunsalvi, Egas Petriz, Vicente Venegas, Petrus Martiniz, Johannes Petri, Michael[23], Johanio, Johannes Venegas, Petrus Menendiz, Pelagius Gunsalvi, jurati dixerunt quod habebat ibi quen-

1 **A.** quod dominus non.— **C.** quod Rex non.
2 **A.** *e* **B.** Pelagius.
3 *Tibães.*
4 **C.** *accrescenta:* Martinus Pelagiz.
5 **A.** quod non.
6 **A.** *e* **B.** Sobrinus.
7 **A.** *e* **B.** Menendus.
8 e 9 **C.** nullum.
10 **A.** *e* **B.** Petrus.
11 **B.** nullum.
12 e 13 **A.** Suariz.
14 **A.** Sorotinus.
15 **C.** Luzio.
16 **A.** *e* **B.** *omittem este jurado e o anterior.*
17 **A.** *e* **B.** Alviz.
18 **A.** *e* **B.** Poncio.
19 **C.** **De termino de Castello de Refoios.**
20 **C.** Aiuduiro.
21 **C.** *repete este nome.*
22 **C.** *omitte este jurado e os dois antecedentes.*
23 **C.** Domnus Michael.

Digitized by Google

dam Regalengum, et dominus Rex Alfonsus dedit illum Domno Villano burgensi Vimaranensi per cartam.

De Sancto Johanne de Roios. Petrus Gunsalvi abbas, Gunsalvus Dominici, Petrus Johannis, Johannes Petri, Menendus Petri, Petrus Vilarino,[3] Petrus Maurus, Johannes Vermuiz, Johannes Pelagii, Menendus Petri[4], jurati dixerunt quod pectant ibi vocem et calumpniam, et vadunt ad intorviscatam et ad castellum. Et sunt ibi ij. casalia de ista ecclesia, et habent pro foro quod dent Maiordomo singulas gallinas vel singulos cabritos vel cordeiros, qualem primo habuerint, et levant singulos fexes[5] de ligna semel in anno ad coquinam de Ricohomine. Et unum casale de Hospitale, et aliud de Sancto Martino, et aliud de Varzeelas, similiter levant singulos fexes[6] de ligna. Et unum casale de Nogueira et aliud de Enfesta habent pro foro quod dent talem precationem qualem eis Maiordomus mandaverit, et debent remanere in domibus suis. Et unum casale[7] de militibus dat unum fexe[8] de ligna et vadit[9] ad intorviscatam. Et nichil est ibi negatum.

De Sancta Maria de Costantim[10]. Fernandus Johannis abbas, Fernandus Petri, Johannes Petri, Johannes Gunsalvi, Petrus Pelagii, Gunsalvio, Petrus Martiniz, Johannes Pelagiz, Garcia Menendiz, Gunsalvus Petriz, jurati dixerunt quod omnes qui ibi habitant habent pro foro quod quot focos ibi fecerint dabunt singulos solidos pro festo Sancti Andree. Et pectant vocem et calumpniam. Et nichil est ibi negatum.

De Sancta Maria de Paazos. Michael Johannis abbas, Michael Pelagii, Menendus Giraldiz, Petrus Veegas, Menendus Johannis, Johannes Nuniz, Suerius Petri, Johannes Sueriz, Julianus, Petrus Gomez, Menendus Petriz, jurati dixerunt quod ista ecclesia solebat esse pausa Regis, et dominus Rex tollit inde illam; et dicunt quod habent inde cartam, et nos de Vimaranes non vidimus illam. Et dant Ricohomini, quando venit pausare ibi in Regalengo, de x. casalibus que ibi sunt regalenga, j. porco aut ij. carneiros, l. panes, iij. quartas de vino, et adubo de coquina. Et est ibi unum casale de quo dant de fossadeira j. ferro. Et sunt ibi alia duo casalia de quibus dant singulos ferros. Et de istis hominibus Regis, ille qui fuerit Maiordomus non facit forum. Et pectant ibi iij. calumpnias, et dant vitam Maiordomo quando venit ad illam.[11] Gunsalvus Petri est Maiordomus. Et nichil est ibi negatum.

De Terra de Aguiar de Pena

De Sancto Martino de Freestelas. Petrus Gunsalvi abbas, Menendus Petri, Johannes Petriz, Petrus Sueriz, Johannes Laurencii, Petrus Calvo, Petrus Pelagiz, Petrus Sueriz, Martinus Sueriz, Petrus Michaelis, Menendus Nuniz, jurati dixerunt quod omnes de ista collatione dant Maiordomo singulas gallinas. Et pro fossadeira singulos[12] bracales et vj. cubitos et viij.ª de cubito, et iij. solidos, vij.[13] denarios et mealam, et j. carneiro, j. ansar. Et dant vitam Maiordomo qualem tenuerint in quocunque mense. Et pectant vocem et calumpniam. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Juliano de Paazoo. Fernandus Menendiz, Petrus Pelagii, Petrus Gomez, Fernam Pelagiz, Petrus Martiniz[14], Laurençius Sueriz, Johannes Gunsalvi, Petrus Sueriz, Petrus Fernandiz, Stephanus,[15] Suerius Pelagiz, jurati dixerunt quod dant de ista collatione pro fossadeira xvij. cubitos et medium de bracale, et vj.[16] solidos v. denarios, et v. alqueires de milio per taligam de Ponte, et j. quartam de vino mole, x. ova, iiij. ferraturas de caballo cum suis clavis. Et homines de Rivulo dant singulas gallinas Maiordomo. Et homines de Tintureiros dant singulos frangaos Maiordomo. Et in ista collatione dant vitam Maiordomo qualem tenuerint. Et pectant vocem et calumpniam. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Jacobo de Sautelo[17]. Domnus Ruberte abbas, Petrus Fernandiz, Petrus Calvo, Goterri Pelagii, Petrus Johannis, Garcia Fagundiz, Menendus Gunsalvi, Martinus Martiniz, Johannes Fagundiz, Johannes Pelagii, Petrus Fernandiz, jurati dixerunt quod in Paredes sunt xij. casalia, et habent pro foro in quocunque anno singulas gallinas, et in alio x. x. ova. Et vadunt ad castellum. Et quando venerit Maiordomus debet ibi pausare ubi voluerit, et debent dare illi vitam de villa, et si ibi vendiderint vinum darent ei j. almude. Et in Carrazedo sunt xj. casalia, et dant pro foro Ricohomini[18] quando ibi[19] venerit, si fuerit dies de carne dabunt illi unum carneirum et de suo pane, et si fuerit dies de piscato dabunt illi truitas et vitas de lecte et panem. Et quando venit Maiordomus faciunt ibi ei sicut in Paredes. Et in Sautelo sunt xx. casalia, et dant de foro in uno anno singulas gallinas, et in alio xx. ova. Et quidam illorum vadunt ad castellum, et quidam non. Et in altero[20] tempore intrabat ibi Maiordomus pro voce et calumpnia, et ipse Maiordomus comedebat tunc cum domno Menendo vel cum domno Petro Menendiz; et per domnum Petrum Menendiz habet longum tempus quod

1 **C.** Orelham.
2 **C.** Colobro.
3 **A.** e **B.** Vilario.
4 **C.** Pelagiz.
5 e 6 **C.** feixes.
7 **C.** Et in casali.
8 **C.** dant unum feixe.
9 **C.** vadunt.
10 **C.** Constantim.
11 **C.** Villam.

12 **C.** v.
13 **C.** ij.
14 **C.** *não menciona este jurado, nem o antecedente.*
15 **C.** *omitte este jurado.*
16 **C.** v.
17 **C.** Soutelo.
18 **C.** et de dant Ricohomini.
19 **C.** per ibi.
20 **C.** In altero.

Digitized by Google

non intravit ibi. Et dant de Sauto de Cide j. gallinam. Et in Monte Negrelos sunt ij. casalia, et dant inde[1] uno anno singulas gallinas, et in alio x. x. ova, et faciunt Maiordomo sicut in Paredes.

De Sancto Salvatore. Martinus Martiniz abbas, Martinus Garcie, Menendus Pelagiz, Petrus Sueriz, Johannes Veegas, Petrus Menendiz, Johannes Pelagii, Lupus Petri, Petrus Fernandiz, Johannes Johannis, Petrus Petri, jurati dixerunt quod de[2] ista ecclesia dant de foro Ricohomini, quando vadit ad hostem Regis, ij. morabitinos aut conduito qui valeat ij. morabitinos. Et quando fuerit guerra et steterit alcaide in castello debent ei cantare missam et alias oras, et ipse alcaide debet eis dare vitam. Et si evenerit quod veniant incercare ipsum castellum, abbas istius ecclesie debet ibi intrare et stare ibi. In Telonis sunt v. casalia regalenga, et unum[3] habet pro foro quod homo[4] qui in illo habitaverit debet esse Maiordomus, et in alio est pausa et servizaria[5], et dant vitam Maiordomo[6]. Et de duobus casalibus dant de foro x. taligas[7] panis pro uno sauto. Et sunt ibi v. casalia de herdatores, et dant pro foro singulas spatulas cum ij. ij. panes centeos, et in uno anno singulas gallinas et in altero x. x.[8] ova, et dant vitam Maiordomo, et vadunt ad castellum, et quando venit Ricushomo dant ei vitam. Et in Tourezino[9] sunt viij. casalia regalenga, et dant inde vitam Maiordomo, et vadunt ad castellum, et quando venit Ricushomo dant ei vitam: tamen dicunt quod non debebant illi dare vitam ad Maiordomum. Et dant luctosam isti et homines[10] de Teloes.[11] Et in Gouivanis sunt vij. casalia regalenga, et quando venit Ricushomo dant ei vitam, et Maiordomus pausat ibi ubi vult et dant illi vitam, et vadunt ad castellum, et dant luctosam. Et casale ubi habitavit don Feigiom est servizaria. Et in Pendoradoiro sunt iij. casalia regalenga, et dant vitam Maiordomo, tamen dicunt quod non debebant ei illam dare, et dant luctosam. Et in Populatione sunt v. casalia regalenga, et dant Ricohomini j. carneiro cum v. panibus, et vadunt ad castellum; et modo non dant vitam Maiordomo, et dicunt quod non debebant illi dare. Et in Castello sunt x. casalia, et dant de foro omnes j. carneiro, ij. ij. panes, et quando dimiserit casale[12] homo qui in illo habitaverit debet dare quartam panis et ij. bracales, et dant omnes luctosam, et pectant vocem et calumpniam, et faciunt servicium illi qui tenet castellum, et debent velare castellum. Et in Sauto sunt iij. casalia, et dant pro colleita Ricohomini[13] ij. carneiros cum vj. panes in Maio, et dant pro voce et calumpnia iij. morabitinos et terciam, exceptis iiij.^or calumpniis: rauxum, homicidium, furtum, stercus in ore. Et habet ibi Hospitale j. casale, et pectant vocem et calumpniam, et dant vitam Maiordomo de illo. Et in Sautelino[14] de Villa habet Rex iiij. casalia, et dant Ricohomini pro collecta insimul ij. carneiros et ij. ij. panes, et pro voce et calumpnia ij. morabitinos, preter iiij.^or calumpniis. Et in Ezimam sunt xv. casalia de hereditatoribus, et dant de foro[15] in uno anno singulas gallinas et in altero x. x. ova[16], et debet ibi pausare Maiordomus et dare ei vitam: et Ricohomini quando venit dant illi vitam.

De Sancta Eolalia de Penzalvos. Gomecius Menendiz abbas, Johannes Johannis, Martinus Nuniz, Petrus Fernandiz, Menendus Petri, Gunsalvus Gunsalvi, Petrus Garcie, Fernam Gomez, Petrus Gunsalvi, Fernandus Menendiz, jurati dixerunt quod de xxiiij. casalibus de Capeludos que sunt regalenga dant de foro lx. pelles de coniliis, et pro voce et calumpnia, exceptis inde quatuor, xij. morabitinos. Et dant omnes pro collecta Domino terre j. carneiro et xij. panes. Et dant luctosam. Et de toto venato solebant dare spatulam, et domnus Fernandus Fernandiz Ricushomo posuit quod darent mediam spatulam. Et habet ibi pausam Ricushomo. Habent eciam pro foro quod quando fuerint guerre debent tenere atalaias, et dare sabedoria ad castellum, et passarent quanti fuerint pro ad Barroso in servicium Regis: et pro istis foris non vadunt in apelido, nec in fossatum. In Vilarino pectant vocem et calumpniam, et dant vitam Maiordomo, et pausat ibi si vult, et si vendiderint ibi vinum dabunt illi j. almude, et vadunt ad castellum et ad intorviscatam. Et de Afonsin[17] pectant vocem et calumpniam et dant vitam Maiordomo sicut de supradictis, et vadunt ad castellum et ad intorviscatam. In Parada et in Monteiros pectant vocem et calumpniam, et dant vitam Maiordomo, et vadunt de Parada ad castellum et ad intorviscatam. Et de Penzalvos de illis vadunt ad castellum et ad intorviscatam et de illis non, et non pectant vocem nec calumpniam. Et de Afonsim[18] et de Vilarino dant vitam Ricohomini quando ibi venit. De Leborim pectant vocem et calumpniam, et dant vitam Maiordomo sicut de supradictis. Gomecius[19] Osoriz fuit Maiordomus de eiras. Gunsalvus Gomez, Fernam Rodriguiz, Maiordomi[20] de terra. Menendus Parada fuit Maiordomus, et dicunt quod dominus Rex Sancius dedit filiis suis cartam de quitatione.

De Sancto Salvatore de Jugal. Menendus Gunsalvi abbas, Alfonsus Martiniz, Menendus Gunsalvi, Menendus Johannis, Pelagius Menendiz, Michael Dominici, Fernandus Menendiz, Pelagius Nuniz, Michael Petri, Johannes Diaz, Petrus Johannis, jurati dixerunt quod de tribus casalibus de Condado dant vitam Maiordomo, et sunt pauza Domini terre et servizaria, et duo homines faciunt inde mandatum de Maiordomo, et pectant vo-

1 **C.** in.
2 **C.** in.
3 **C.** et habent pro foro quod dent, scilicet, unum.
4 **A.** e **B.** habet
5 **C.** servizaia.
6 **A.** e **B.** *accrescentam* omnia.
7 **C.** gallinas.
8 **C.** xx.
9 **C.** Tourenzino.
10 **B.** isti homines.
11 **C.** Telones.
12 **C.** castellum.
13 **C.** dant Ricohomini pro collecta.
14 **C.** Soutelino.
15 **C.** pro foro.
16 **A.** e **B.** ovis.
17 **C** et de Fonsim.
18 **C.** Fonsim.
19 **B.** Gunsalvus.
20 **B.** fuerunt Maiordomi.

Digitized by Google

cem et calumpniam. In Fraengo sunt iij. casalia de hereditatoribus, et habent pro foro quod dent in uno anno singulas gallinas et in alio x. x. ova, et dant vitam Maiordomo; et solebat ibi pausare, et modo non audet ibi pausare propter Valascum Tizom et filios suos. Et de casali de Outeiro quod fuit de Pelagio Doona[1] debebat esse inde Maiordomus de pane, et portarius debet tenere portadigum; et modo ista ecclesia tenet de ipsa hereditate et non faciunt inde istum[2] forum. Et in Calvos sunt vij. casalia de hereditatoribus, et dant pro foro singulas spatulas cum ij. ij. panibus, et ij. ij. pelles coniliorum. Et de uno casali quod ibi est regalengum dant pro omnibus foris medium morabitinum, exceptis iiij.^{or} calumpniis; et quando erat populatum erat pausa de Maiordomo, et ibant inde ad intorviscatam. Et in Aguilado dant de iiij.^{or} casalibus regalengis pro omnibus foris, exceptis iiij.^{or} calumpniis, ij. morabitinos, et pro collecta Domino terre j. carneiro, v. panes. Et in Nuzedo sunt xx. casalia regalenga, et pausat ibi Maiordomus et dant ei vitam, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt in toto mandato de Maiordomo, et vadunt ad castellum. Et de tribus casalibus que habet ibi Hospitale pectant vocem et calumpniam, et pausat ibi Maiordomus. Et ista casalia regalenga habent pro foro quod omnes qui ibi habitaverint debent esse Maiordomi aut debent dimittere hereditatem. Et de Souto[3] de Nuzedo dant viij.[4] morabitinos.

De Sancto Martino de Bornes, Gomecius Menendiz abbas, Petrus Fernandiz, Menendus Gunsalvi, Dominicus Menendiz, Menendus Gosendiz, Pelagius Gomez, Johannes Pelagii, Johannes Pelagii, Pelagius Pelagii, Fernandus Johannis, Gomecius Froiaz[5], jurati dixerunt quod in Bornes sunt quinque casalia regalenga. Et pausat ibi Maiordomus, et dant omnes ei vitam, et si vendiderint ibi vinum dabunt illi j. almude de vino[6]. Et Domino terre quando ibi venerit dant illi semel in anno j. carneiro et singulos panes. Et omnes herdatores dant in uno anno singulas gallinas, et in alio x. x. ova, et pectant omnes vocem et calumpniam, et vadunt ad castellum et ad apelido. Et homines de isto Regalengo debent esse Maiordomi et serviciales si voluerint, sin autem dimittet[7] hereditatem et ibit in pace. Et homines de Regalengo dant luctosam. Et de Areis dant pro foro ij. morabitinos. Et omnes dant Maiordomo singulas gallinas in uno anno, et in altero x. x. ova, ergo de duobus casalibus. Et pausat ibi Maiordomus, et dant illi vitam, et si habuerit ibi vinum dabunt illi j. almude. Et vadunt ad castellum, et ad intorviscatam, et ad apelido, et pectant vocem et calumpniam. Et si venerit ibi Dominus terre dabunt illi semel in anno j. carneiro et singulos panes. Et de Tiela de Jusana dant vitam Domino terre quando pausat in Tiela de Susana, et dant vitam Maiordomo, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad intorviscatam et ad apelido. Et in Tiela de Susaa habent pro foro omnes ferrarii qui fundunt ferrum dant vij. vij. ferros, et cabanarii iiij. iiij. ferros, et alii qui extraxerint ferrum dabunt singulos ferros. Et dant vitam Domino terre semel in anno, et Maiordomo quando venerit, et vadunt ad intorviscatam et ad apelido, et pectant vocem et calumpniam. In Borvadaes de Susanis nichil habet Rex, ergo si laboraverint in monte regalengo dant inde octavam, et vadunt ad intorviscatam et ad apelido. Et in Valloura sunt iij. casalia regalenga et dant Domino terre vitam semel in anno, et Maiordomo quando venerit, et vadunt in mandatum ad Legionem ut sciatur per ipsos quod facit Rex Legionensis. Et omnes istius ville dant vitam Maiordomo, et pectant vocem et calumpniam. Et in Borvadaes de Jusaos[8] dant omnes ij. ij. pelles, et vitam Maiordomo, et vadunt ad castellum et ad intorviscatam et ad apelido, et pectant vocem et calumpniam. Et dant eciam omnes herdatores Maiordomo singulas gallinas in uno anno, et in alio x. x. ova. Et habet ibi Hospitale j. casale, de quo solebant dare j. gallinam et ova, et vitam Maiordomo, et ire ad intorviscatam et ad apelido, et pectabant vocem et calumpniam sicut ceteri; et modo nichil dant inde Regi propter Hospitale. Et pectant vocem et calumpniam. In Eriz[9] sunt ij. casalia de hereditatoribus, et dant de illis singulas gallinas in uno anno, et in alio x. x. ova. Et omnes dant vitam Maiordomo quando venerit, et Domino terre semel in anno, et vadunt ad castellum et ad apelido et ad intorviscatam. Et de villa[10] de Soveroso dant Domino terre vitam semel in anno, et Maiordomo quando venerit, et vadunt ad apelido, et pectant vocem et calumpniam, et dant luctosam. Et omnes istius collationis qui mactaverint venatum dant Maiordomo inde spatulam. Et omnes de regalengo dant luitosam. Et Hospitale habet ibi ij. casalia et Templum j. casale, de quibus[11] solebant facere forum Regi sicut de aliis hereditatoribus, et non faciunt.

De Sancta Marina de Pena. Gomecius de Peral[12] abbas, Martinus Ooriguiz, Johannes Petri, Johannes Fagundiz, Martinus Martiniz, Dominicus, Petrus Petriz, Petrilion[13], jurati dixerunt quod dant Maiordomo de uno medio casali quod ibi est regalengum vitam tres vices in anno, et vadunt inde in mandatum et ad intorviscatam. Et omnes qui habitant in ipsa villa dant vitam Maiordomo tres vices in anno, et dant Domino terre vitam. Et de casali de Felgueiras dabant iiij. cubitos de bracali pro fossadeira; et comparavit don Petrus Menendiz de Aquilar, et modo non dant illos. Et de Carrezedo dant Maiordomo vitam, et Domino terre j. carneiro, xj. panes, et truitas, et vitas de leite, et vadunt ad castellum.

De Sancto Salvatore de Pena. Martinus Petri

1 **C.** da ona.
2 **C.** istud.
3 **C.** Sauto.
4 **C.** viiij.
5 **C.** *omitte este jurado.*
6 **C.** debent illi dare j. alm.
7 **B.** dimittent — **C.** demittant.
8 **C.** Barvadaes de Susaas.
9 **C.** Eiriz.
10 **C.** in villa.
11 **C.** *salta de* casalia *para* do quibus.
12 **C.** Gom. Beral.
13 **C.** Petrelino.

Digitized by Google

abbas, Petrus Monteiro, Menendus Alvitiz, Johannes Garcie, Martinus Hospital, Fernam Petri, Dominicus, Martinus Ooriguiz, Dominicus de Lama, Martinus Martiniz, Petrus Petri, jurati dixerunt quod dant collectam Domino terre. De sautis[1] qui ibi sunt regalengi debent illi dare panem et vinum et carnem cum quantis cum illo venerit, et non dabunt illi cebatam. Et omnes qui habitant in ista collatione pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad intorviscatam et ad ramatam, et dant vitam Maiordomo, exceptis inde hominibus filiorum et nepotum domni Gunsalvi de Sausa, et duobus hominibus Stephani Menendiz, et uno de Petro Martiniz, et de hereditate de Fernando Sandeu. Et homines Regis dant Regi luctosam. Et de casali de Villa Bona debebant[2] Regi iiij. cubitos de fossadeira, et est heremum. Et nichil est ibi negatum.

De Terra de Aguiar de Ripa[3] de Limia

De Sancto Salvatore de Portela de Susaa. Alfonsus Monacus abbas, Rodericus Petriz, Petrus Filius, Petrus Pelagii, Suerius Sueriz, Alfonsus Pelagiz, Petrus Filius, Nunus Petri, Petrus Sueriz, Johannes Martiniz, Gomecius Gunsalviz, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi forum.

De termino Douchristi. De Sancto Mamete. Petrus Goterriz abbas, Petrus Petri, Johannes Pelagii, Petrus Petri, Dominicus Petri, Pelagius Petri, Martinus Petri, Petrus Menendiz, Johannes Petri, Petrus Sueriz, Pelagius Pelagiz, jurati dixerunt quod dant pro meitiga de Regalengo qui est in ista collatione j. morabitinum, et de fossadeira j. morabitinum, et tres vices dant vitam Maiordomo unoquoque mense. Gomez Barreta adquisivit ibi quandam hereditatem, unde dabant iij. denarios et vocem et calumpniam, et ipsa ecclesia aliam, unde dabant iij. solidos iij. mealas pro fossadeira; et modo non dant. Et istud tenet don Suerius[4] Diaz in prestimonio.

De Sancto Martino de Vorim[5]. Suerius Pequeno abbas, Petrus Pelagii, Gunsalvus Petri, Gunsalvus Pelagii, Johannes Michaelis, Petrus Gunsalvi, Suerius Menendiz, Menendus Pelagiz, Petrus Sueriz, Suerius Sueriz, Alfonsus Pelagiz, jurati dixerunt quod dant de Monte de Celoiroo de foro viiij. quartarios, et debent persolvere v. modios pro morabitino. Et homines de Portela qui fuerint talliare in isto monte debent dare singulos frangaos. Et homines qui habitant extra cautum dant pro Pasca ij. ij. ova et singulos frangaos Maiordomo. Et de ista ecclesia dant j. ansar. Et de uno campo quem tenent de ista ecclesia dant aliam ansar. Et dant de ista collatione pro fossadeira vij. taligas et almude de pane per taligam de Barcelos, et vij. denarios, et j. ovo, et dant vitam Maiordomo qualem habuerint, et vadunt ad castellum. Et homines qui habitant extra cautum vadunt ad intorviscatam.

De Sancta Maria de Quintiaes[6]. Suerius Petri abbas, Petrus Arias, Pelagius Pelagii, Gouvinas, Pelagius Pequeno, Suerius Petri, Martinus Sueriz, Alferaz, Fernandus Pelagiz[7], Menendus Michaelis, Petrus[8] Pelagii, jurati dixerunt quod de Freufe[9] dant iij. sextarios de pane de censura per taligam de Barzelos, et j. ansar, et ij. denarios. Et homo qui habitaverit in heremita de Sancto Georgeo dat j. ansar pro talliare in ipso Monte de Freufe[10], et non recipit[11] caritel. Et de Quintiaes de quintana de Arias Gunsalviz et de Suerio Arias dant pro censura j. sextarium panis per taligam de Barzelos, j. gallinam, x. ova. Et de quibusdam castinariis iij. denarios pro terradigo[12]. Et de Goivas[13] iij. denarios pro terradigo[14]. Et de uno castinario dat Petrus Sarraziniz j. ovum pro terradigo. Et de Quintiaes dant pro fossadeira v. quartarios iij. alqueires, et j. solidum. Et dederunt in ista villa sexta de uno casali ad Hospitale, et tollit de ista fossadeira vj. denarios et j. quartarium domino Regi, et de toto alio foro quod debebat facere sicut faciunt de aliis forariis nichil faciunt inde. Et de Freufe[15] dant pro fossadeira v. taligas et seblimam de taliga per taligam de Barzelos, et iiij. denarios, et omnes dant singulos frangaos cum ij. ij. ovis, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad castellum facere, et dant vitam Maiordomo qualem habent. Et in villa de Eivorim[16] dant de casali de Pegas j. quartarium in habere et viiij. gallinas pro talliare in Monte de Celeiroo et non pectare inde caritel.

De Sancto Martino de Barugaes. Martinus Pelagii abbas, Gunsalvus Sueriz, Martinus Cordeiro, Johannes Pelagii, Martinus Pelagii, Petrus Gunsalvi, Michael Pelagii, Gomecius[17] Petri, Stephanus[18] Menendiz, Vicente, jurati dixerunt quod dant de ista collatione omnes singulos frangaos, et ij. ij. ova, et pectant vocem et calumpniam, et dant vitam Maiordomo qualem habuerint, et vadunt ad castellum et ad intorviscatam, et dant pro fossadeira iij. bracales j. cubitum, et ij. solidos j. denarium, et j. ovo. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Andrea de Voitorio. Martinus Fernandiz abbas, Petrus Gomez, Gunsalvus Gunsalvi, Martinus Petri, Petrus Vermuiz, Johannes Menendiz, Menendus Petri, Gunsalvus Menendiz, Pelagius Petri, Gunsalvus Sueriz, Johannes Gunsalvi, jurati dixerunt quod dant de Villadiz pro fossadeira ij. bracales iiij. cubitos, et iij. denarios, et vij. ova. Et in ista villa comparavit

1 **A.** terre de sautis.
2 **C.** debent dare.
3 **A.** *e* **B.** **Riba.**
4 **C.** Et illud tenet Soeiro.
5 **C.** Avorim.
6 **C.** Quintianes.
7 **C.** *accrescenta.* Michael Menendiz.
8 **C.** Pelagius.
9 *e* 10 **C.** Frei. fe.
11 **C.** recepit.
12 **C.** eiradigo.
13 **C.** Gouvas.
14 **B.** *salta esta verba*—**C.** *omitte* pro terradigo.
15 **C.** Frei. fe.
16 **C.** Vorim.
17 **C.** Gunsalvus.
18 **C.** Sueiro.

Digitized by Google

Rodericus Sancii j. casale minus quartam, quod fuit de Petro Mauro, et tollit inde j. bracale minus quartam, et j. gallinam, iiij. ova, et vocem et calumpniam, et vitam Maiordomo; et totum istud perdit inde Rex. Comparavit eciam ibi Martinus Pelagiz de Bravaes unam hereditatem, de qua pectabant vocem et calumpniam, et vitam Maiordomo dabant[1], et j. gallinam et iiij. ova, et ibant inde in apelido; et totum istud perdit[2] inde Rex. De Ribeiro, et de Villa Nova, et de Sumoza[3] dant pro fossadeira iiij. bracales, et xviij. denarios et mediam mealiam, et j. ovum, et j. almude de milio, et j. alqueire a raso. Et omnes qui morantur in istis villis extra cautum dant singulos frangaos, et iiij. iiij. ova, excepta hereditate de Arrizado, que amparatur de gallinis et de voce et de calumpnia et de apelido, propter quod fuit ibi nutrita filia de Simione Nuniz de Curutelo, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad apelido, et dant vitam Maiordomo qualem tenent.

De Sancto Salvatore de Nivioo. Petrus Ermigiz abbas, Gomecius[4] Petri, Johannes Petri, Gunsalvus Johannis, Martinus Johannis, Johannes Menendiz, Johannes Sueriz, Laurencius Vermuiz, Johannes Sueriz, Petrus Sueriz, Petrus Sueriz, jurati dixerunt quod dant de ista collatione pro fossadeira ij. gallinas et vj. ova, et quisque dat Maiordomo singulos frangaos, et pro Pasca iiij. iiij. ova, et vitam Maiordomo qualem tenent, et vadunt ad castellum et ad apelido, et pectant vocem et calumpniam. Et nichil est ibi negatum.

De Sancta Lugricia. Gomecius Menendiz presbiter, Petrus Pelagii, Pelagius Arias, Petrus Pequeno, Gunsalvus Pelagii, Petrus Menendiz, Petrus Pelagiz, Alfonsus Petri, Johannes Menendiz, Petrus Gomez, Petrus Sueriz, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi forum, ergo quod vadunt ad castellum.

De Sancto Laurencio de Cauto de Carvoeiro. Petrus Monacus abbas, Pelagius Petri, Suerius Menendiz, Petrus Fernandiz, Simeon, Gunsalvus Petri, Vincencius, Sarrazino[5], Martinus Sancii, Pelagius Gunsalvi, Dominicus Gomez, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi forum, ergo quod vadunt ad castellum.

De Sancto Jacobo de Cossoirados. Noluit venire Valascus Egee, qui est abbas, quia filiavit illam per forciam, et venerunt parrochiani. Petrus Pelagii, Petrus Petri, Simeon, Martinus Pelagii, Fernandus Petri, Maurus, Petrus Menendiz, Menendus Alfonsi, Filius Bonus, Duram, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi forum, ergo quod dant ei de ista ecclesia terciam de collecta.

De Sancta Maria de Ardegam. Don Simeon abbas, Menendus Alfonsi, Johannes Pelagii, Petrus Sueriz, Martinus Gunsalvi, Martinus Pelagiz, Pelagius Petri, Petrus Petriz, Petrus Barcelos, Gunsalvus Sueriz, Petrus Sueriz, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex j. casale ubi solebat esse carcer, et quando ibi habitabat carcerarius dabat inde de foro j. bracale; et fugiit carcerarius et remansit casale, et dat illud Maiordomus cui vult et dant inde ei vj. taligas de pane[6], et pro directuris xviij. denarios, et tres partes de almude tritici et de uno frangao et de x. ovis[7]. Et est ibi alias duas leiras, et dant inde j. taligam panis, et vadunt ad castellum et ad intorviscatam, et pectant vocem et calumpniam, et dant de fossadeira v. bracales et medium cubitum, et vj. solidos, et xxiiij. ova. Comparavit ibi Petrus Coronel quandam hereditatem in qua fecit j. casale; et dabant de illa pro fossadeira j. gallinam, et ibant inde ad castellum, et pectabant vocem et calumpniam, et modo nichil habet inde Rex. Sunt eciam ibi tres homines, quorum unus nutrivit Johannem Petriz Coronel, et alter filium ejus, et alter filium de Martino Simeonis[8]; et solebant pectare vocem et calumpniam, et faciebant forum sicut sui vicini, et modo nichil habet inde Rex propter eos, nec audet ibi intrare Maiordomus. Et quot habitant ibi dant singulos frangaos Maiordomo, et pro Pasca iij. iij. ova, et dant illi vitam in quocunque mense qualem habent.

De Sancto Jacobo de Poiares. Menendus Pequenus abbas, Petrus Sueriz, Gunsalvus Petri, Vermuu Vermuiz, Petrus Sesnandiz, Petrus Gunsalvi, Suerius Menendiz, Petrus Laurencii, Petrus Pelagii, Suerius Menendiz, Suerius Petri, jurati dixerunt quod habet ibi dominus Rex ij. leiras et tenent illas de ista ecclesia, et dant inde de foro j. ansar. Et dant de collatione iij. quartarios in habere, et viij. cubitos de bracali, et xviij. denarios et mealam, et j. ovum. Et dant omnes Maiordomo singulos frangaos, et pro Pasca iij. iij. ova, et vadunt ad castellum et ad intorviscatam, et pectant vocem et calumpniam. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Martino de Mondim[9]. Petrus Petri abbas, Suerius Menendiz, Fernam Sarraziis, Petrus Petri, Don Dominicus, Martinus Petri, Pelagius Sueriz, Suerius Petri, Petrus[10] Petri, Don Dominicus, Petrus Pelagii, jurati dixerunt quod dant de ista collatione pro fossadeira iij. sextarios. Et de hereditate de Cacavelos dant de foro medium cabrito, et debent inde facere unam carreiram[11] et mediam in anno, ita ut una die possit ire et redire ad domum suam. Et dant de hereditate de Carvalido[12] j. almude. Et de ista ecclesia dant Domino terre bis in anno cabaaza de vino, et mondas centeas cum cabrito aut cum ij. gallinis. Homo qui tenuerit casale de Palatio debet esse servicialis. Et nichil esti bi negatum.

1 C. et dabant vitam Maiordomo.
2 B. e C. perdidit.
3 A. e B. Sumuzo.
4 C. Gunsalvus.
5 A. e B. Sarrazio.
6 A. e B. vj. taligas.
7 C. et j. franga. et x. ovis.
8 C. Simoiz.
9 A. e B. Mandim.
10 C. Johannes.
11 C. facere carreiram.
12 C. Carvaledo.

Digitized by Google

De Terra de Ponte

De Sancto Thoma de Corneliaa. Petrus Gomez abbas, Menendus Petri, Petrus Pelagii, Petrus Petri, Johannes Petri, Gunsalvus Pelagiz[1], Johannes Pelagii, Petrus Petri, Suerius Menendiz, Suerius Sueriz, Johannes Petri, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi forum.

De Sauto de Revordanos. Nunus Petri abbas, Petrus Pelagii, Petrus Ordoniz, Johannes Martiniz, Johannes Gunsalvi, Johannes Gomez, Petrus Petri, Johannes Martiniz, Pelagius[2] Johannis, Petrus Fernandiz, Petrus Petri, jurati dixerunt quod de hereditate de Fernando Gunsalviz dant pro censura j. quartarium panis per taligam de cellario, et sic debent dare de omnibus casalibus que ibi sunt, scilicet, de xxvij. Dant eciam Regi de magis: de hereditate de Fernando Gunsalviz iij. taligas de castaneis siccis, et de una leira j. taligam panis. De hereditate de Gomecio Vermuiz cum sua germanitate j. quartarium de castaneis siccis. De hereditate de Octeiro j. sextarium de vino de censura. De hereditate de Johanne de Enfesta j. taligam de castaneis verdes et j. de siccis. De hereditate de Lauzana j. taligam de siccis[3]. Et de casali de Constancia j. almude de verdes et j. taligam de siccis. De hereditate de Petro Gomez de Turre j. almude de siccis. De casali de Petro Calvo j. quartarium de siccis et j. sextarium de verdes. De casali de Porca j. almude de verdes et j. almude de siccis, j. taligam de pane pro meitiga, et j. puzalem de vino per canada. De casali de Civitade j. almude de siccis. De Barral j. almude de siccis. De casali de Fernam Sueriz de Ermelo[4] j. taligam de verdes, j. taligam de siccis. De casali de Maiore Oleira j. almude de siccis. De hereditate de Segudos iij. quartas de vino, j. taligam de castaneis siccis et almude de verdes. De casali de Maranos j. taligam de[5] siccis et j. almude[6] de verdes, et sextarium de pane. De casali et Fernam Pelagiz j. almude de siccis. Habet eciam ibi Rex xlviiij[7]. casalia, et dant Maiordomo omnes qui ibi morantur pro Pasca de suis ovis quomodo potuerint. Et omnes de ista collatione pectant vocem et calumpniam, et dant luitosam, et vitam Maiordomo in quocunque mense qualem habuerint, et vadunt ad Sobradum de Ponte[8] levare madeiram pro facere mangam ubi celebrant[9] missam, et debent ponere ipsam madeiram in Ripa de Limia, et dant Domino terre semel in anno xx. frangaos. Et illi homines qui habitant in casalibus unde dant terciam debent dare fructum de xvij. cerzeiras in unoquoque anno. Et qui habuerint mazaneiras dabunt singulas cestas Maiordomo. Savarigus Pardelas, et Petrus Cano[10], et Savarigo Pelagii, et Vermuio, et Tedom Pelagiz, et Ermegunza Pelagiz, fuerunt Maiordomi, et debent esse filii et nepti illorum. Et servicialis de Domino terre debet pausare in domibus de istis Maiordomibus ubi voluerit. In hereditate de Pelagio Fuseiro et de Johanne Molado[11] debent tenere tronco[12] et mittere ibi captos et custodire illos. Progenies de Gomecio Alvitiz et de Suerio Savariguiz debent esse montarii, et quando fuerint currere[13] debent eis dare vitam. Et dant eciam xx. concas et v. vasos ut non dent portagem in Ponte. Et nichil est ibi negatum.

De Sancta Maria de Revordanos[14]. Pelagius Monacus abbas, Johannes Sueriz, Johannes Sueriz, Gunsalvus Sueriz, Petrus Nuniz, Rodericus Menendiz, Menendus Petriz, Petrus Albus, Pelagius Arteiro, Gunsalvus Gomez, Nunus Fernandiz, jurati dixerunt quod de casali de Petro Gaanza[15] dant de censura iij. taligas inter panem et vinum per taligam de cellario. De casali de Petro Ovequiz similiter. De casali de Pelagio Bono j. almude. De casali de Pelagio Recemondiz j. almude de castaneis siccis. De casali de Louvado j. taligam de siccis. De casali de Marraos[16] j. almude panis. De casali de Martino Marrao[17] j. sextarium panis. De casali de Petro Minino j. taligam de castaneis siccis. De casali de Alvito Atanis v. taligas panis et j. taligam de castaneis siccis. De casali de Agra[18] j. taligam de castaneis siccis et j. almude de verdes. De casali de Pitaal j. almude de siccis. De casali de Piiguda j. sextarium de vino. De casali de Petro Gomez j. quartam vini. De casali de Almeza j. quartam. De casali de Portariis j. sextarium panis. De casali de Alvito de Gao j. quartarium panis, j. taligam de castaneis siccis et almude de verdes. De casali de Barreiros j. taligam de castaneis verdes. De casali de domna Pala j. almude de siccis. «De Dias j. almude de siccis. De casali de Menendo Vermuiz j. almude de siccis[19].» De casali de Ardega j. sextarium de siccis. De casali de Togino j. taligam de ordeo cum vita. De casali de Torneiros j. almude de cebata. De quadam leira que fuit de Sueiro Fagildiz j. almude de pane. De alia leira que fuit de Pelagio Garcie terciam de alqueire. De casali de Didaco Calvo j. quartam de vino. De casali de Pelagio Ooriguiz ij. gallinas. De casali de Menendo Porteiro j. gallinam x. ova. De casali de Alvito de Gao j. gallinam x. ova. De casali de Martino Marrao j. gallinam et x. ova. Et viiij. casalia istorum debent dare fructus de viiij. cerzeiras in quocunque anno. Et si habuerint mazaeiras[20] dabunt singulas cestas de mazaas[21]. Et sunt ibi xviiij. casalia de hereditatoribus, et dant pro foro singu-

1 **C.** Petriz.
2 **C.** Johannes.
3 **B.** *saltou esta herdade.*
4 **C.** Hermelo.
5 **A.** *e* **B.** j. de.
6 **A.** *e* **B.** et almude.
7 **C.** xviiij.
8 **A.** *e* **B.** sobrado de ponte.
9 **C.** manguam ubi celebrent.
10 **C.** *accrescenta* et Sueiro Cano.
11 **C.** Malado.
12 **C.** tronchos.
13 **C.** correre.
14 **A.** *e* **B.** Revordaos.
15 **C.** Gaanzia.
16 **C.** Maranos.
17 **C.** Marrano.
18 **C.** Agria.
19 **A.** *e* **B.** *saltam o que vae entre commas.*
20 **C.** mazenarias.
21 **C.** mazanas.

Digitized by Google

los quadraziis si habuerint porcos, et si habuerint capras dabunt[1] singulos cabritos, et si habuerint porcas da*bunt*[2] singulos lectones[3]. Et omnes de ista collatione debent ire ad Sobradum de Ponte levare madeiram sicut alii de Sauto. Et dant Maiordomo xx. frangaos, et vitam *ei* in quocunque mense qualem habuerint. Et Maiordomus debet dare Domino terre quando venerit pro superposita ij. gallinas adubatas in una scudela, et j. regueifa. Et servicialis similiter debet facere. Et ille qui est Maiordomus et fuerit servicialis debet dare unam superpositam. Et Gunsalvus Galea est Maiordomus et servicialis, et filii et nepti de Pelagio Garcie, et Menendus Oleiro[4], et Petrus Ovequiz de Sestesa[5], et Suerius Longo, «et filii et nepti de Pipom[6] Roderici, et Petrus Mondego, et filii et nepti de Sueiro Peta, et filii et nepti de Fernam Pelagiz,» et filii et nepti de Gunsalvo Ravia, et filli et nepti de Nuno Teliz, et filii et nepti de Fernam Sueriz[7] de Ermelo. Et omnes isti forarii et supradicti de Sauto debent esse Maiordomi et serviciales de Sauto et de Revordaos. Et debent esse Montarii filii et nepti de Sueiro Galea, et filii et nepti de Didaco Calvo; et quando fuerint ad montem currere non debent dare ullum[8] forum. Et omnes dant insimul xx. concas et v. vasa, et ideo non dant portagem in Ponte. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Adriano de Baoco. Johannes Petri abbas, Fernam Johannis, Petrus Neto, Pelagius Sueriz, Martinus Petri, Martinus Petri, Johannes Alvitiz, Johannes Sueriz, Martinus Menendiz[9], Johannes Johannis, Johannes Alvitiz, Martinus Petri, jurati dixerunt quod dant de vinea de casali de Barro de Gunsalvo Fernandiz ij. ansares, vij. porcos de ij. ij. solidis et medium pro Sancto Johanne; et si non dederint[10] pro Sancto Johanne dabunt[11] pro Sancto Michaele iij. iij. solidos et vij. caseos cum lxx. ovis. De vinea de Bulfardo dant j. puzalem de vino de foro. Et de vinea de Pelagio Sueriz v. puzales. Et dant Ricohomini de quintana de Baoco[12] j. carrega de ligna et vij. alqueires de vino, et est pausa. Et omnes isti dant vij. alqueires de castaneis. Et in Laurosa dant vitam Maiordomo in quocunque mense de vj. casalibus regalengis. Et nichil est ibi negatum. Genus de Sueiro Ooriz et de Don Mido[13] Maiordomi de eiras pro foro[14]. Et pectant vocem et calumpniam.

De Terra de Sancto Stephano de Ripa de Limia

De Monasterio de Carvoeiro. Abbas, Menendus Suerii, Menendus Petri, Dominicus Appariciо, Dominicus Petri, Petrus Petri[15], Menendus Gunsalviz, Suerius Pequeno, Gunsalvus Gunsalvi, Don Ciprianus, Menendus Fernandiz, Petrus Petriz, jurati dixerunt quod dant de isto monasterio mediam collectam. Et de ista collatione debent ire ad castellum. Et dant ad Castellum de Nevia de renda x. morabitinos. Pelagius Mazaref[16] est Maiordomus de Nevia. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Mamete de Paradela. Petrus Pequeno abbas, Gomecius Goterriz, Johannes Albus, Petrus Johannis, Petrus Johannis[17], Martinus Pelagii, Johannes Sueriz, Don Michael, Petrus Pelagii, Johannes Petri, jurati dixerunt quod dant de censuria in ista collatione v. quartarios minus alqueire de pane per mensuram Regis, et iiij. frangaos, et xxx. ova, et pro fossadeira xlvij. cubitos de bracali minus vij.ª de uno cubito, et j. solidum, et dant vitam Maiordomo. In hereditate de Sancia Alfonsi intrabat Maiordomus pro voce et calumpnia et pro j.[18] cubito de fossadeira minus vijª., et modo non audet ibi intrare. Hospitale habet ibi unam hereditatem, de qua dant ei unum morabitinum ut amparet inde homines de voce et calumpnia, et modo non intrat ibi Maiordomus propter Hospitale. Et pro omnibus supradictis foris, excepto pane et gallina, dant de renda viij. morabitinos et medium. Et istud tenet domnus Suarius Didaci.

De Sancto Petro de Daiam. Martinus Fernandiz abbas, Martinus Petri, Petrus Petriz, Suerius Menendiz, Martinus Petriz, Petrilio, Suerius Sueriz, Petrus Gunsalvi, Petrus Pequeno, Petrus Vermuiz, Petrus Petri, jurati dixerunt quod dabant de ista ecclesia Regi pro renda vj[19]. morabitinos in quocunque anno; sed dicunt quud Rex domnus Alfonsus, qui modo regnat, dimisit illi illos pro anima sua et fecit inde cartam ipsi ecclesie. Et dominus terre pausat ibi ubi vult, et dant ei vitam prout vult[20]. Et dant luctosam, et pectant vocem et calumpniam. Et quando homo obmiserit[21] hereditatem dat j. modium[22]. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Michaele de Fascha. Petrus Pelagii abbas, Suerius Pelagiz, Johannes Martiniz, Johannes Menendiz, Petrus Nuniz, Johannio, Fernam Petri, Fernam Mozo, Fernam Fernandiz, Don Dominicus, Johannes Sueriz, jurati dixerunt quod dant de ista collatione Regi x. ansares. De casali de Tequi dabant de fossadeira iij. cubitos, et modo perdit inde Rex quartam propter Hospitalem. Et dant de aliis hereditatibus viiij. cubitos minus quarta. Et de Gondim de hereditatibus de hereditatoribus et de Cacavelos dant xv. spatulas, et xv. caseos, cl. ova, et xv. alqueires de castaneis, et xv.[23] de vino. Et de Trans Rio iij. spatulas cum singulos caseos et cum singulis alqueiris de castaneis, et singulos alqueires de vino. Et de Albergaria ij. spatulas. Et de

1 e 2 C. *omitte o verbo.*
3 A. e B. leitoes.
4 C. de Oleiro.
5 C. Sestosa.
6 C. Petro.
7 C. *colloca n'este logar, entre* Sueriz *e* de Ermelo, *o que acima vae entre commas.*
8 C. non debent nulum.
9 A. e B. Midiz.
10 A. e C. dederit.
11 A. e C. dabit.
12 C. Booco.
13 A. e B. dammido.
14 A. e B. por foraã
15 A. e B. *repetem este nome.*
16 C. Mazeraf.
17 C. *traz um só.*
18 A. e B. pro isto.
19 C. v.
20 A. e C. pro vult.
21 C. dimisit.
22 Md. *em todas as copias.*
23 C. et singulos alqueires.

Digitized by Google

Fascha usque ad Bergonia xj.[1] spatulas. Et dant cum illis tale directum sicut cum supradictis, sed si non habuerint spatulas [2]dabunt mondas cum verzas. Martinus Simeonis comparavit ibi hereditatem forariam, sed tamen non perdit inde Rex aliquot de toto suo directo. Semen de Nuno Galego, et semen de Petro Petri, et semen de Domno Dominico, et de Calvelao[3], et de Petro Vermuiz, et de Petro Franco, et de Petro Goterriz, sunt Maiordomi. Et pectant in ista collatione vocem et calumpniam. Et Maiordomus dat Ricohomini ij. morabitinos pro almeitiga[4].

De Sancta Maria de Barco. Johannes Laurencii abbas, Johannes Pelagii, Don Simeon, Johannes Gunsalvi, Don Michael[5], Johannes Gunsalvi, Suerius Petri, Suerius Petri, Johannio, Pelagius Sueriz, Petrus Petri, jurati dixerunt quod dant Regi pro fossadeira vj. quartarios et j. ansar, et dant pro quartario vj. denarios. Et de ista ecclesia dant j. almude pro una carreira quam mutaverunt. Et dant de Trans Molinis xx. taligas et x. alqueires de centeo et de milio per taligam regalengam. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Salvatore de Votorio. Petrus Pelagii abbas, Petrus Filius, Johannes Petri, Suerio, Petrus Nuniz, Don Jurdam, Martinus Sueriz, Martinus Roderici, Suerius Petri, Martinus Fernandiz, Menendus Petri, jurati dixerunt quod dant de Agrelo viij. denarios. Et de Sauto de Mileiroos iij. frangaos et iij. mealas. Et de Trans Lamas j. almude, j. frangao, v. ova. Et dant de collatione v. lampreas minus terciam. Et de hereditatibus de hereditatoribus viij. cubitos de bracali pro fossadeira. Et nichil est ibi negatum.

De Sancta Leocadia de Jaraz. Petrus Johannis abbas, Gunsalvus Ordoniz[6], Don Dominicus, Petrilio, Fernam Johannis, Pelagius Menendiz, Petrus Ramiro, Pelagius Menendiz, Don Michael, Fernandus Pelagiz, Vizoso, jurati dixerunt quod dant Regi de tota villa pro foro omnes singulos frangaos, et omnes insimul[7] de fossadeira iij. modios, et dant pro modio ij. solidos. Et omnes qui ibi venerint comparare vinum dabunt de morabitinata (?)[8] j. quartam de vino. Et pectant vocem et calumpniam. Et dant omnes Maiordomo comedere de quo habuerint semel in anno, singulos ovos. Et nichil est ibi negatum[9].

De Sancta Marina. Gunsalvus Monacus abbas, Martinus Martiniz, Pelagius[10] Pelagii, Johannes Vermuiz, Petrus Menendiz, Johannes Petri, Pelagius Gunsalvi, Johannes Sueriz, Martinus Pelagii, Petrus Pelagii, Gunsalvus Petri, jurati dixerunt quod pectant ibi vocem et calumpniam, et de fossadeira xx. denarios. Gunsalvus Pelagii Maiordomus. Et nichil est ibi negatum.

De Sancta Maria. Johannes Petri abbas, Gunsalvus Gunsalviz, Don Gomecius, Gomecius[11] Petri, Martinus Goterriz, Pelagius Petriz, Petrus Menendiz[12], Petrus Porteiro, Fernam Petriz, Petrus Pelagiz, Don Alfonsus, jurati dixerunt quod de ista collatione dant omnes singulos frangaos, et vocem et calumpniam, et dant pro fossadeira vj. modios, et dant pro modio ij. solidos. Et nichil est ibi negatum.

De Terra de Monte Longo

De Sancto Clemencio de Silvares. Johannes Gunsalvi abbas, Petrus Petri, Pelagius Garcie, Suerius Sueriz, Fagundo[13], Fernam Martiniz, Petrus Pelagii, Martinus Petri, Petrus Pequeno, Martinus Garcie, Petrus Fernandiz, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi forum.

De Sancto Martino de Cauto de Moreira. Menendus Pereira abbas, Pelagius Nuniz, Petrus Osoriz, Petrus Martiniz, Nunus Fernandiz, Pelagius Rei, Garcia Johannis, Barragam, Petrus Luzo, Petrus Martiniz, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi forum.

De Sancto Genesio. Domnus Petrus Petriz abbas[14], Dominicus, Pelagius Menendiz[15], Johannes Gunsalvi, Pequeno, Suerius Pelagiz, Martinus Petri, Petrus Rial, Pelagius Johannis, Menendus Diaz, Petrus Petri, jurati dixerunt quod de hereditate de Menendo Diaz dant de fossadeira ij. cubitos, et de hereditate de Toereo[16] iiij. cubitos, et de hereditate de Gunsalvo Moniz j. cubitum, et vocem et calumpniam. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Thoma de Asturaos[17]. Martinus Petri abbas, Johannes Petri, Garcia Menendiz, Martinus Petri, Gunsalvus Petri, Menendus Godiiz[18], Johannes Egee, Menendus Menendiz, Martinus Petri, Martinus Pelagiz, Egas Pelagiz, jurati dixerunt quod dant de duobus casalibus de ista ecclesia j. sextarium panis Regi, et vitam Maiordomo quando venit pro illo. Et de quatuor casalibus que ibi habet Rex dant vitam Maiordomo de eiras. Et Egas Pelagiz j. spatulam et j. almude panis et luitosam, et si non habuerit spatulam dabit ij. gallinas. Et dant de tota collatione pro fossadeira iiij. bracales ij. cubitos. Et Maiordomus debet pausare in casali de Barrio, et modo non audet ibi entrare propter Menendum Guedaz. Et habet eciam duas pausas in Villa Mediana, et debent illi dare vitam tres vices in anno. Et pectant ibi vocem et calumpniam in quibusdam locis, et in quibusdam non.

De Sancta Eolalia de Gamazaos. Nunus Vee-

1 **C.** x.
2 **C.** spatulam.
3 **C.** Calveloo.
4 **C.** meitiga.
5 **C.** *omitte este jurado e o anterior.*
6 **C.** Ordonhiz.
7 **C.** et insimul.
8 mrbta, *em todas as copias.*
9 **A.** *e* **B.** *terminam assim:* semel in anno singulas vices.
10 **C.** Petrus.
11 **B.** *e* **C.** Gunsalvus.
12 **A.** Midiz
13 **C.** Fagundo Fernandiz.
14 **A.** *e* **B.** *omittem a palavra* abbas.
15 **C.** *accrescenta* Johannes Garcie.
16 **C.** Toeirio.
17 **C.** Asturanos.
18 **C.** Geraldiz

Digitized by Google

gas capellanus, Petrus Petri, Martinus Gomez, Petrus Petri, Dominicus, Petrus Gomez, Monio Petri, Pelagius Petri, Petrus Petri, Petrus Merlus, jurati dixerunt quod dant de ista ecclesia j. quartarium panis, et meitigam[1] Maiordomo. Et de hereditate de Fanicaes aliud tantum. Et de Castro de Gamazaos aliud tantum. De Entrada de Canto iij. taligas panis. Et de casali de Revelo viij. cubitos pro fossadeira. Et pausat ibi Maiordomus et dant illi vitam tres vices in anno. Menendus Sobrio[2] debet esse Maiordomus minor. Et pectant vocem et calumpniam. Et nichil est ibi negatum.

De Sancta Eolalia antiga. Non est ibi clericus. Sarranus, Nunus Menendiz, Gunsalvus Pelagiz, Don Laurencius, Petrus Froiaz, Petrus Ordoniz, Johannes Pelagii, Menendus Pelagiz, Pelagius Pequeno, Petrus Nuniz[3], et Judex, jurati dixerunt quod de viij. casalibus que ibi habet dominus Rex dant vitam Maiordomo de eiras, et dant luitosam. De Pardelas[4] dant j. quartarium panis. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Johanne. Non est ibi clericus, et juraverunt homines de Sancta Eolalia antiga predicta, et dixerunt quod nullum habet ibi forum.

De Sancto Johanne de Cortegaza. Non erat ibi clericus. Menendus Johannis, Pelagius Johannis, Michael Petri, Menendus Petri, jurati dixerunt quod dant[5] de ista collatione de fossadeira viij. cubitos de bracali. Et Maiordomus minor debet pausare ibi in una quintana de qua habet Rex duas quintas, et debet ibi pausare cum tribus tres vices in anno, et debent illi dare vitam. Et Monio debet esse Maiordomus minor. Et vadunt omnes ad intorviscatam et ad apelido et ad Portelum[6], et pectant vocem et calumpniam, et dant luitosam, preter tria casalia. Et nichil est ibi negatum.

De Sancta Maria de Antimi. Didacus Petri abbas, Petrus Petri[7], Pelagius Gunsalvi, Petrus Maurus, Menendus Petri, Martinus Petri, Petrus Gomez, Johannes Gunsalvi, Petrus Petri, Menendus Christovaiz, Pelagius Calvo, Menendus Petri, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi forum.

De Sancto Martino de Armir. Petrus Martiniz abbas, Petrus Menendiz[8], Gunsalvus Garcie, Gunsalvus Gunsalviz[9], Menendus Gunsalviz, Martinus Petri, Pelagius Petriz, Martinus Godiiz, jurati dixerunt quod dant de ista collatione de fossadeira viij. cubitos de bracali[10] et duas partes de uno cubito. Et Menendus Alfonsi miles comparavit ibi partem de una hereditate foraria, et perdit inde Rex suum directum. Et habet ibi Rex vocem et calumpniam. Et dant omnes vitam Maiordomo. Et de hereditate de Gomecio Petri debet esse Maiordomus, et debet Maiordomus pausare tres vices in anno in ecclesia de Antimi.

De Sancto Jacobo de Tevianes[11]. Petrus Menendiz abbas, Menendus Menendiz, Menendus Fernandiz, Petrus Lupus[12], Johannes Petri, Martinus Petri, Menendus Pelagiz, Johannes Menendiz, Martinus Pelagiz, Pelagius Ferreiro, jurati dixerunt quod non habet ibi Rex, ergo vocem et calumpniam.

De Sancto Martino de Ameedelo. Menendus Gomez abbas, Ordonio Luz, Pelagius Petri[13], Menendus Pelagiz, Martinus Martiniz, Gunsalvus Pelagiz, Martinus Gomes, Pelagius Menendiz, Johannes Petri, Johannes Ordoniz, Petrus Gunsalviz, jurati dixerunt quod dant de ista collatione de fossadeira viij. bracales. Pelagius Petri est Maiordomus subregao. Pelagius Toeiz[14] fuit Maiordomus et servicialis, et in sua hereditate est pausa de Maiordomo[15]. Et in hereditate de *(um claro)*. Et dant hereditatores totos de ista villa vitam Maiordomo tribus vicibus in anno, ergo de hereditate de domna Lupa et de Petro Vines. Filius de Gomecio Reposteiro est Maiordomus. Et nichil est ibi negatum.

De Sancto Salvatore de Vinioos[16]. Menendus Gomecii abbas, Petrus Filius, Petrus Gunsalvi, Fernandus Pelagiz, Menendus Petri, Pelagius Gomez, Johannes Petriz, Pelagius Petriz, Menendus Petriz, Johannes Petriz, jurati dixerunt quod Dominicus fuit subregao et Maiordomus de eiras. Et vadunt ad castellum, et in apelido, et ad intorviscatam. Et filii de domno Lupo debent esse Maiordomi. Et nichil est ibi negatum.

De Sancta Columba. Pelagius Petri abbas, Petrus Petriz, Gomecius Menendiz, Johannes Fernandiz, Petrus Petriz, Garcia Petriz, Don Laurencius, Pelagius Pelagiz[17], jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi forum.

De Sancto Martino de Quintiaes. Johannes Garcie abbas, Pelagius Garcie, Petrus Petri, Johannes Petri, Petrus Pelagiz, Petrus Menendiz, Menendus Ordoniz, Johannes Menendiz, Menendus Trabalio, jurati dixerunt quod in ista collatione pectant vocem et calumpniam, ergo in villa de Quintiaes. De casali de Garcia Petri de Eiroo[18] dant pro fossadeira viij. cubitos. In Docii pausat Maiordomus in unaquaque domo, et dant illi vitam tribus vicibus in anno. Et nichil est ibi negatum.

De Sancta Maria de Ribeiros. Menendus Garcie abbas, Johannes Pelagii, Petrus Agulia, Johannes Pelagii, Martinus Moniz, Gomecius Pelagiz, Menendus Petri, Martinus Petri, Pelagius Petri, Petrus Menendiz, Don Dominicus, jurati dixerunt quod Petrus Agulia est subregao. Ordono[19] similiter. Pelagius Bouzom Maior-

1 **C.** manteiga.
2 **B.** Sobrino — **C.** Sobrinho.
